Digitized by the Internet Archive
in 2011 with funding from
Research Library, The Getty Research Institute

http://www.archive.org/details/tractatusdestylo00gold

TRACTATVS
DE
STYLOMETRIS.
sive
INSTRVMENTIS.
quibus
Quinque Ordines
ARCHITECTVRÆ
Methodo quâ facilior inveniri nequit, expeditius et accuratius longè quam ullo Proportionatorio in modicâ et majusculâ forma designantur.
Inventore
Nicolao Goldmanno Vratisl: Silef:

Gebrauch
Dehr Baustäbe
durch dehrer hülff
Die fünf Ordnungen der Baukunst
aufs aller leichteste, ja behänder
und genauer als mit einigem
Ebenpaßer, in großer und
kleiner form abgebildet
werden.

LVGDVNI BATAVORVM,
Apud Autorem.
M D C L X II.

DEO SOLI OMNIS GLORIA.

SERENISSIMO PRINCIPI. HEROI. AC DOMINO.

DOMINO FRIDERICO GUILIELMO.

DEI GRATIA
MARCHIONI BRANDEBURGENSI,
SACRI ROMANI IMPERII ARCHICAMERARIO.
ET PRINCIPI ELECTORI.
DUCI MAGDEBURGENSI.
IN PRUSSIA.
JULIÆ. CLIVIÆ. MONTIUM.
STETINI. POMERANIÆ. CASSUBIORUM. VANDALORUM.
NEC NON IN SILESIA CROSNÆ ET CARNOVIÆ.
DUCI.
BURGGRAVIO NORINBERGENSI.
PRINCIPI HALBERSTADII ET MINDÆ.
COMITI MARCÆ ET RAVENSBURGI.
DOMINO IN RAVENSTEIN.
DYNASTÆ TERRARUM LAUENBURG ET BYTAU.
PRINCIPI AC DOMINO MEO CLEMENTISSIMO.

Nec non

ILLUSTRISSIMO PRINCIPI. HEROI. AC DOMINO.

DOMINO IOHANNI MAURITIO.

NASSOVIÆ PRINCIPI.
COMITI CATTINELIBOCI. VIANDÆ. AC DECIÆ.
DYNASTÆ IN BEILSTEIN. ETC.
ORDINIS S. JOANNIS HIEROSOLYMITANI
PER MARCHIAM. SAXONIAM. POMERANIAM. ET VANDALIAM
MAGISTRO.
DVCATVS CLIVIÆ. PRINCIPATVS MINDENSIS.
ET COMITATVVM MARCÆ. ET RAVENSBERGÆ.
GVBERNATORI.
ANTEHAC PER OCTENNIVM IN BRASILIA TERRA MARIQVE
PRÆFECTO GENERALI.
PRINCIPI AC DOMINO MEO CLEMENTISSIMO.

INVICTI HEROES.
SERENISSIME ELECTOR.
ILLVSRISSIME PRINCEPS.

PRodit in conſpectum veſtrum imperatoria Nympha, Architectura; quæ hactenus, mixtà voluntate, officinæ carceri mancipata, latuit. Hæc ipſa ex cymeliis ſuis, quod pretioſiſſimum æſtimavit, quodque ab officinatoribus ſequeſtraverat, Vobis offert. Veſtro Patrocinio tuta, ex officinis evolans, in liberalium Artium Parnaſſo impoſterum emicabit. In Germaniam, tanquam ad Aſylum Ingenuorum, confugit. Italicis blanditiis nimium detenta, tranſalpina hactenus fuit, nunc ciſalpina nobis evadet. In manu veſtrâ ſitum eſt Nympham cœlo reddere, aut ad barathrum, inſontem relegare. Hæc ipſius verbis efferre me juſſit, fidem meam implorans, qui ipſam per triginta annos, & quod excurrit, extrema per omnia, & colui, & admiratus ſum. Ipſius mancipium cum ſim voluntarium, Heræ meæ Patronos quo nomine compellem!

Nexus veſter

NICOLAVS GOLDMANNUS.

LECTORI BENEVOLO AUTOR

S. P. D.

Olumnarum tractationem, Pontanus, cum multa facundè de Architecturâ in Colloquiis ſuis propoſuiſſet, â ſe rejicit; & nimis intricatum negotium eſſe enuntiat. Stevinus, qui Principis Triumphalis, Imperatoris Mauritii Belgici informator fuit, Architecturam promiſit, & omiſit: Idem in opere poſthumo belgico, ineluctabiles labores deteſtatus Columnarum deſignationes aggredi dedignatur; imò illarum uſum diſſuadet. Palladius, & Scamozzius, non infelici ſucceſſu rem auſi ſunt: quis cultiores Ordines poſt Scamozzium expectaſſet, quem ad faſtigium evolaſſe fama fuit, nec vana fuit. Abſit invidia dicto! confer obſecro figurarum orbitas cum ipſius figuris, & attentè rem trutinâ, imò ſymbella explora; re peracta mihi in aurem inſibila, quid Tibi videatur: faciliorem certè hunc modum, præ Scamozziano, imò facilimum, enuntiabis. Colorum & Umbrarum fucus figuris deeſt, ut Delineationes ſtylo citius imiteris: ſculpturarum deſignatio omiſſa eſt, ut Paridis ritu, inſpectione nudæ Nymphæ, Pulchritudinis arbiter non deceptus evadas. Tu, ſi delectaris, imitare; plana experieris quæ magnis Viris nimis ſalebroſa & intricata fuiſſe ipſimet magni Viri teſtati ſunt: brevi exercitio accedente, ſex dierum labore non interrupto, figuras Ordinum accuratius & expeditius deſignabis, quam ambagibus aliorum inſiſtentes annuo ſpatio potuêre. Inſtrumenta magni conſtant ſuggeris; imò Artifex Iohannes Eccericus Freerius, Mechanicus Lugduni Batavorum degens, inciſor deſignationum hârum demtis ſcripturis, tredecim Imperialium pretio Tibi Stylometros æneas accuratas, cum vaginâ exhibebit: Sed & aliis Mechanicis noſtratibus, Iacobo Stœrio, & Anthonio Hovenærio, poſtulantibus ſtructuram communicabo; quos æquo pretio acturos non minus confido. Cui tale pretium nimium videtur hunc indignum reor qui Architecturam contrectet: Liberali manu liberales Artes remunerandæ ſunt; imò omni pretio majores ſunt. Magnatum hæc ſtudia ſunt, non Euclionum! Optima quæque de Te mihi promitto. Tu Vale & fruere.

AD MOMUM.

LImis oculis, & livore lemuris luridus, has paginas evolvis; prævideo: quam notam operi à DEO dato impingas anxius hæres; deſiſte obſecro, nimis intricatum negotium aggrederis: rumpentur tibi ilia citius, quam ut minutias & apices aſſequaris! Ergo conſuetum rudes, *& nos hæc poteramus;* ineptè cur non prævenisti? cur pandus & tardigradus manſiſti? Turpilucricupidum aliquem librarium inſtigabis, ut figuras affectet, & falſitate figurarum opus corrumpat: ut autori culpam in facie vulgi affingat. Deſine rogo, ita enim inciſorem & inciſuras examinabo, ut notiſſima fabula vulgi fiant, & ut tuis auſpiciis inimitabilem acribiam inciſionis illos affectaſſe in promtu ſit. Nec impunè delinques, Privilegium enim ſatis in tempore impetrabo. Vale æternùm, aut roſis Apuleji veſcere.

DE

DE ORIGINE ORNAMENTORUM ARCHITECTURÆ.

PErfectio ædificii in Robore, Commoditate, & Pulchritudine consistit: Pulchritudo Ornamentis perficitur; de his Ornamentis aliqua prælibabimus.

Ornamenta à fabrica lignea originem traxerunt, inde lapideis operibus accesserunt, eadem enim ornamenta Posteritas cultior in marmore sculpsit. Archetypus fuit Templum Salomonis, in quo marmorea ornamenta cœperunt, Architecto ipso Deo sese hominibus accommodante. Primi igitur mortalium structuræ pulchritudini studentes, arbores erectas cædentes, ut abietes, & generis ejusdem, inferiorem partem scapi nodis radicum degenerem, nec non supremam partem debilem resecarunt, atque ita medium scapum loco Columnæ habuerunt, unde prima columnis origo; & adhuc *Scapus* talis conspicitur; qui quidem rotundus perdurat in columna, cum Naturâ talis esset; atque ex eâdem ratione supernè contrahitur, quod arborum scapus sensim contrahatur. Tegulas planas adaptarunt Posteri, alteram in imo, unde *Plintho* origo; alteram in summo, unde *Abacus* ortus est; & hæc etiam in Columnis quadrata manent, tegulæ enim aut quadrangulæ fuerant, aut certè quatuor cornua formârunt. Cum verò extremitates scapi ab aëre corrumperentur, & scapi finderentur, annuli in extremitatibus circumdati sunt ferrei, unus in imo, qui *Tori* nomen portat, is ad semicirculum formatur; alter in summo sub Abaco, quem nunc *Echinum* appellamus, hunc fotmâ quadrantis ferè formarunt, ut angulo recto suo spatium rectangulum in gyrum repleret, & Abacum circum scapum fulciret. Hæc forma columnarum fuit. Imposuerunt postea columnæ trabem, quæ *Epistylium* effecit, & ab Italis Architrabs appellatur. Huic trabes transversas imposuerunt, quæ *Antepagmento* Tuscanico, & *Triglypho* Dorico, originem dederunt. Trabibus transversis tabulatum crassum imposuerunt unde *Corona* orta est, hanc latam exoptarunt, ut inferiora à pluviis, suggrundæ instar, protegeret: dein canalem compluvii superposuerunt, cujus forma in *Sima* perdurat. Contra aquas stagnantes, & putredines à terrâ, Posteritas saxum quadratum, formâ Cubi, substruxit; unde *Trunco* origo

VON DEM VRSPRVNGE DEHR ZIERDEN DEHR BAVKVNST.

DJe Vollkommenheyt eines Gebäues/ beſtehet auß dehr Wehrhaftikeit/ Bequämikeit/ vnnd Zierlikeit. Die Zierlikeit wird auß dehn Zierden genommen: davon etwas zuemelden iſt.

Dieſe Zierden haben vom zimmerwercke/ ihren erſten vhrſprung/ vnnd ſein hernach von dehn Steinhauern in ſteine nachgemachet worden: wie ſich denn GOTT ſelbſt/ inn ſeinem Tempel deſſen ER ſelbſt Baumeyſter wahr/ dehn menſchen auch hierinnen gefällig gemachet hat. Die erſte menſchen inn ihren hölzenen Bäuen/ haben erſtlich grade Bäume/ als tannen/ vnd derogleichen/ gefället/ vnd das höckerichte vntertheil/ wie auch das ſchwache obertheil/ abgeſäget: das mittel aber haben ſie anſtad einer Säule gebraucht: daher kome der Stamm, derſelbe iſt annoch auß dieſer vhrſache rund/ vnd oben verdünnet/ weil er von der Natur/ inn dehn bäumen alſo geformet wahr. Hernach hat man oben vnnd vnten viereckichte Beſetzziegel ahngefüget/ daher iſt vnten die Taffel kommen/ welche auf Grichiſch ein Ziegel heiſſet; vnnd oben die Platte: vnnd dannenhero bleiben dieſe Glieder auch inn runden Säulen viereckicht/ denn die erſte Ziegel wahren viereckicht geſtaltet/ oder hatten ja vier hörner. Inn dehme aber die ende des Stammes von dehr luft abgebiſſen worden/ ſein eiſerne rincken darumb geſchlagen worden/ einer vnten/ deſſen Durchſchniet einen Halbkreiß giebet/ welcher nun der Pfühl heiſſet/ vnd einer oben/ welcher itzo die Wulſt heiſſet: deſſen Durchſchniet/ bey nahe ein viertel einer Kreisfläche giebet/ das er dehn Stam̃ binde/ vnnd zugleich die Platte/ inn dem er dehn rechtwincklichten platz vmbher füllet/ vnterſtütze; alſo wahren die erſten Säulen. Vber die Säulen legten ſie einen balken/ daher kome der Vnterbalken: darüber worden zwerchbalcken geleget/ dannenhero kommen die balckenköpffe/ als die Tuſcaniſche Abſchnitte, vnnd die Doriſchen Dreyſchlitze. Auf dehn rohſt dieſer balcken legten ſie dielen/ oder dicke bretter/ dahehr iſt der Krantzleyſten entſproſſen: vnnd machten ſie dieſe dielen weit hinauß lauffende/ dehn regen/ als durch ein Vordach abzuetragen. Darüber iſt eine rinne aufgeſetzet worden/ daher komt der Rinneleyſten. Wider das ſtehende Waſſer/ vnd fäulnüs/ hat man hernach einen ſteinerner würffel vntergeſetzet/ daher

origo&in meo modo,ejuſdē menſuræ. Trunco *Quadram* ſubſtruxerunt, ſed loco cooperculi *Coronidem* eidem Trunco impoſuerunt. Hinc origo Membrorum oritur; ſed â Poſteritate omnia auctiora, & ornatiora fiebant. *Certum eſt niſi quis ad originem Membrorū recurrat, hunc fundamento inventionum, in Ordiniibus, deſtitui, & monſtra effingere.* Hoc ex ſacrâ Architecturâ tantùm adjicio, ſpatulas foliorum in Capitulis à Palmis originem duxiſſe; itaque in Templo ſæpius ipſæ Columnæ Palmæ vocantur: nimis enim nutriculam ſapit Vitruvii de origine Capituli Corinthiaci relatio. *Volutæ* ſive â corticibus arborum implicatis; ſive â palmis originem traxerunt: Hæ Volutæ æquè ex ſacrâ Architecturâ prodierunt, in quâ Myſteria reticenda indicarunt; in Naturâ, ſive Macrocoſmo, dierum incrementa & decrementa, ex Regulâ Cleomedis, ſed pro terrâ Iſraëlis; & in microcoſmo alia ſecreta involverunt. Sapientia enim divina omnia univerſaliter proponit; cum humana humani nihil â ſe alienum putet. Itaque ſimilitudines illæ, arcuum â ſpeluncis, & quæ ſunt generis ejuſdem, terricolarum terriculamenta ſunt. Nec placet ea ratio, quâ in alia omnia tranſeunt, ut rationes probabiles comminiſcantur, cum ſæpius Demonſtrationes in promtu ſint. Decrepitæ ætati Mundi DEUS elaborationem Artium reſervavit, & forſan rara in praxin deducentur; quæ tamen ita ſtabunt, ut documento ſint DEVM nobis Scientias & Artes nō invidiſſe: noſtris moribus imputemus, quod bellando, & prodigè vivendo, parcius ſtructuris uti cogamur. Hoc tamen apertum evadet, Proportionum & Inventionum acumine, ſeculum noſtrum omnibus ſeculis præ-lucere. Sed hæc â DEO data confitemur; nec noſtra actio vivacior fuit quam Avorum; ſed DEI Gratia propius nos reſpexit. In Architectura divina verò uſque adeo nos demittimus, ut ſimulacra illius Perfectionis ſuſpiciamus; & hæc noſtratia vix umbras aut imagines illius excellentiæ agnoſcamus.

Ultimò monemus Stylometros, exactiſſimè ſumendo, dici lineas diviſas in extremitatibus Priſmatum triangularium; atque ita ut in voce diametri linea ſubintelligitur, ita etiam Stylometri: Hoc ut firmius menti inhæreat, has Stylometros dicimus, nempe lineas ornamenta Ordinum dimetientes. Poſſumus tamen etiam Stylometra appellare, ſi vocabulum Organi ſive Inſtrumenti reſpiciamus.

INTRO-

der VVürffel komt/ vnter dieſen legte man einen Grundſtein, vnd darüber einen Deckel, wie man noch beyde aus ſteine bereitet. Die Nachkommen haben die Zierden nach vnd nach vermehret. Vnd iſt gewis / das wehr dieſen Uhrſprung dehr Glieder nicht beobachtet, der wird nichts als Ebentheure erfinden. Aus dehr Heyligen Baukunſt iſt noch ahnzuemercken / daß die aufrecht ſtehende Blätter dehr Knäuffe / von dehn Palmenbäumen herkommen: dahero inn heyliger Schrift ſolche Säulen Palmen genand werden: denn des Vitruvii Corinthiſche Knaufserfindung iſt alzue fabelhaftig. Die Schnecken haben entweder von dehn vmbgewickelten baumrinden / oder dehr Palmblätter vmbwickelung ihren vhrſprung; dieſe Schneckken ſein ebener geſtald auß dehr heyligen Baukunſt hergenommen/ vnd bedeuten vnaußſprechliche Geheymnüſſe: inn dehr Natur zwar / nehmlich inn der groſſen Weld / das abnehmen vnd zuenehmen dehr Tagelängen / nach der Regel Cleomedis/ vors Gelobte Land: alſo werden auch darinne/ dehr kleinen weld/des menſchen/ Geheymnüſſe/begriffen. Denn die Göttliche Weysheyt iſt allgemein/ da die menſchliche nur ſtückwerck iſt/vnd es inn vielem nit trift. Dannenhero das man der bogē vhrſprung auß Höhlen herſuchet / vnd dergleichen/ düncket vns alzuweit geſucht. Jngleichem ſein wir mit dehme nicht vergnüget/wenn man vrſachen mit dehn haaren herzuzeucht/ da man doch gründlichen Beweis haben kan. Dem Alter dehr Weld hat GOTT dehr Künſte außarbeytung vorbehalten: vnd ſchadet nicht ob ſie nicht allerdinges werckſtändig gemacht werden mögen: es ſollen ſolche Schriften ſtehn zum zeugnüs/ daß vns GOTT die Künſte nicht entzogen hat. Wier mögens vielmehr vns ſelber zuemeſſen/das wir durch Kriegen vnd Praſſen zum Bauen nichts übrig laſſen. Jedoch wird man befinden / daß vnſere zeiten inn ſcharffen erfindungen / vnnd außerleſener Ebenmaaſſe/die vorige zeiten beſchämen. Doch wier habens nicht von vns ſelbſt / ſondern GOTTES Gnade hat vns ahngeſehen. Aber inn der heyligen Baukunſt erkennen wir vns annoch ſo vnwiſſende / das dieſes alles nur ſchattenwerck deroſelben ſey / da inn jehner die hohen Geheymnüſſe offenbahret geſtanden haben.

Zueletzt iſt ahnzuemercken / das wir im lateiniſchen/ die Stylometri ſagen / vorſtehende die linien welche ahn dehr ſchärffe dehr Dreyeckichten Stämme abgetheilet ſein: ſolche linien mit ihren abtheilungen geben dehn wahren Kunſtzeug. Weñ man aber dehn gantzen meſſinen Kunſtzeug verſtehet/ können es auch lateiniſch Stylometra heiſſen: alſo das wir jehnes vorgezogen weil es das hauptſtücke der erfindung beſſer außdrücket.

AHN-

INTRODVCTIO.

STylos Græca lingua Columnam denotat, *Stylometer* Columnæ dimetiendæ organum seu instrumentum: sunt enim Stylometri instrumenta mechanica, quorum adminiculo Ordines designantur. Ordines sunt species ornamentorum architectonicorum; & quinque numeratantur in Architecturâ moderna, à nationibus excultricibus nomina retinentur: sunt itaque; Ordo Tuscanicus, Doricus, Jonicus, Romanus & Corinthiacus, quos omnes Characteribus suis, quod hactenus non fuit, distinguimus. Quilibet Ordo tria Corpora complectitur; in imo Stylobata est, in medio Columna, in fastigio Trabeatio. Quodlibet Corpus tres Partes continet; sic Stylobata in imo Basin Stylobatæ, in medio Truncum, in summo Coronidem. Columna, in imo Basin, in medio Scapum, in apice Capitulum habet. Trabeatio in imo Epistylium, in medio Zophorum, in fastigio Coronicem possidet. Partes habent sua Membra, quorum nomina decimæ tertiæ Figuræ reservantur, unde addiscenda erunt. Accedunt cuilibet Ordini, Incumba, quæ est quasi Capitulum Parastatæ: Parastata est adjutrix Pila sive quadrata columna, quæ vicinam Columnam altiorem aliquo onere, trabis vel arcus puta, sublevat. Denique accedit cuilibet Ordini Superliminare, est autem Superliminare quasi parva Trabeatio apertionem coronans; nempe januam, fenestram, aut focum; Scrinia etiam iisdem supernè exornantur. Partes Superliminaris sunt, in imo Limen

ANLEITVNG.

DAs wort Stylos heisset inn Griechischer sprache eine Säule/ vnd Stylometer heisset ein Säulen abmesser: auf Deutsch wird es ein Baustab genand. Es sein aber die Baustäbe kunstzeuge durch dehrer hülffe/ die Ordnungen abgemessen aufgerissen vnd vorgestellet werden. Die Ordnungen sein gleichsam gewisse fächer dehr zierden/ inn dehr Baukunst: dehrer werden inn vnserer Baukunst fünffe gezehlet/ welche nach dehn Völckern/ die sie ausgearbeitet haben ihre Nahmen behalten/ zuwissen die Tuscanische/ Dorische/ Jonische/ Römische/ vnd Corinthische: diese sein inn diesem wercklein alle mit ihren Kennezeichen von einander vnterschieden/ da man zuvor so weit noch nicht nachgesonnen hatte. Jede Ordnung verfasset drey Leyber/ vnten dehn Säulenstuhl/ mitten die Säule/ vnd oben das Gebälcke. Jeder Leyb hat drey Stücke/ als der Säulenstuhl vnten dehn Fuß/ mitten dehn Würffel/ vnd oben dehn Deckel. Also die Säule vnten dehn Säulenfuß/ mitten dehn Stamm/ vnd zue oberst dehn Knauf. Das Gebälcke hat vnten dehn Vnterbalcken/ mitten dehn Borten/ vnnd zu oberst dehn Krantz. Diese Stücke haben ihre Glieder/ davon besehet die dreyzehnde Figur. Jede Ordnung hat hierbey noch einen Kämpfer/ welcher gleichsam der Knauf eines Nebenpfeylers ist. Ein Nebenpfeyler ist ein Hülfpfeyler/ welcher eine nahestehende höhere Säule/ eines theils ihrer last/ als eines Balckens oder Schwiebogens vberhebet. Auch hat iede Ordnung ihr Gesimsse/ nehmlich gleichsam ein klein Gebälcke/ welches eine eröfnung einer thür/ fensters/ oder einer feuereisse kröhnet: man kan auch die Schreibtischlein oben damit auszieren. des Gesimsses Stücke sein von vnten aufwerts/ die

Limen ſupernum, in medio Zophorus, in ſummo Coronix. Dimenſiones ita fiunt, Semidiameter Columnæ, ſi rotunda fuerit; vel dimidium latus ſi quadrangularis fuerit, mihi pro Modulo eſt. Hunc Modulum in trecentas ſexaginta Particulas æquales divido. Menſura generalis ex hâc ſcalâ ſumitur, ſpecialiora per diviſiones Stylometrorum menſurantur. Omnium Stylometrorum fundamentum eſt Propoſitio decima, ſexti Libri Euclidis; nempe datur linea non ſecta, & exhibetur ſecta linea in Stylometro; ſecundum hujus inciſuras non ſectam ſeco. Idque tam in altitudinibus, per lineas Horizontales, quam in Projectionibus per Perpendiculares; atque ita craticulam effingo, quâ deſignatâ facilè ſuis locis membra efformantur. Projectio eſt cujuſque membri in exteriora extenſio. Partis integræ Projectiones in unum collectæ Crepido vocantur: Ecphora nobis eſt menſura extenſionis ab Axi ad extimum punctum, ſuper linea horizontali deſignata. Axis eſt Perpendicularis per medium aliquem Ordinem concepta; ita abuſivè Axin Antepagmenti, & Axin Triglyphi, Pſeudomutuli, aut Mutuli, appellamus. Forma Priſmatum triangularium electa eſt, ut ſuper plano reclinato melius inciſuræ, & numeri iiſdem adjecti conſpicui fiant. In applicatione Stylometrorum in altitudinum dimenſione, prior numerus imus eſt, conſequens numerus ſupremo loco ponitur. In Ecphoris deſignandis, præcedens numerus ad Axin collocetur, in Crepidinibus propius Axin, conſequens remotiùs collocetur. Materia electa eſt, aurichalcum, ſive æs terrâ Cadmia temperatum auri colorem effingens: præſtaret argentum, in cujus candore lineæ inciſurarum ſubnigræ magis conſpicuæ fierent, & minus oculum torquerent; ſed caritas Organi incuſatur; dabo conſilium Euclioni proficuum, abſtine à vitio tuæ regionis & ſumtus Temperantiâ mediante collige, brevi tibi media ſufficient.

Oberſchwelle / der Borten vnd der Kranz. Die Abmeſſungen werden alſo verrichtet / der Halbmeſſer einer runden Säule / oder die halbe ſeite einer Viereckichten Säule / iſt vnſer Modul oder Baumas. Dieſes wird inn dreyhundert vnd ſechzig gleiche Theilichen getheilet. Die groſſen abmeſſungen dehr Stücke werden aus dieſem Maasſtabe / die kleineren aus dehn einkerbungen dehr Bauſtäbe abgemeſſen. Aller Bauſtäbe rechter grund lieget inn dem zehnden Satze des ſechſten Buches Euclidis. Denn es wird eine vngetheilte linie gegeben / vnd auf dem Bauſtabe eine andere abgetheilete linie / nach dieſer abgetheileten linie einkerbungen / wird die gegebene vngetheilete abgetheilet. Vnd dieſes ſo wohl inn dehn höhen durch Wahgeſtriche / als inn dehn Vorſtechungen durch Senckſtriche / ſolcher geſtalt wird ein Gitter aufgeriſſen / inn deſſen fächern man leichte die Glieder abbildet. Die Vorſtechung iſt die hinausſtreckung jedes Gliedes. Eines gantzen Stückes Vorſtechungen zuſammen gefaſſet werden die Ahnwachſung genennet. Die Ausläffung heiſſet alhier die weite oder ausſtreckung des euſerſten puncts von dem Achsſtriche / die auf einem Wahgeſtriche gemeſſen iſt. Der Achsſtrich iſt der Senckſtrich welcher mitten durch eine Ordnung von oben biß hinunter reichet: aus ähnlikeit nennet man den mitleren Senckſtrich eines Abſchnittes / Dreyſchlitzes / Dielenkopffes / oder Sparrenkofs auch einen Achsſtrich. Die form der dreyeckichten Stämme iſt inn dieſen Kunſtzeugen gutt gefunden worden / damit auf dehn zurückgeneigten flächen deroſelben die einkerbungen beßer inns auge fallen. Inn ahnlegung dehr Bauſtäbe / inn dehr höhen abmeſſung / wird die kleinere zahl vnten / die nechſtfolgende gröſſere obengelegt. Inn dehn Außlauffungen leget die kleinere zahl ahn dehn Achsſtrich / die gröſſere außwerts: inn dehn Ahnwachſungen die kleinere gegen dehr Achſe / die gröſſere weiter davon. Bishero ſein dieſe Bauſtäbe von meſſing gutt gefunden: ſilber wehre beſſer / weil auf dehr weißlichten fläche / dieſchwartze ſtrichlein dehr einkerbungen beſſer inns auge fielen. Man ſaget es würden teure Kunſtzeuge werden; derogleichen geitzhalſe rahte ich / daß er nicht ſo viel räuſche ſauffe / vnd das geld das er gotloſe verſäuft zum ſilber erſpahre.

Die

cient. Intelliges quantum vectigal sit parsimonia. Qui ligneas Stylometros chartis glutine superindutas volunt, nihil accurati producent. Magnitudo Stylometrorum, manubrio demto, fere est ex Dodrante pedis Rhenani: majores confici possent ex ligno laminis æneis accuratè vestito; & tales in Praxi, iis qui Architecturam exercent, temporis lucrum acquirerent. Quantum temporis huic inventioni impenderim, nemo credet, itaque præstat annos reticere. Quas ante annos aliquot, privatâ informatione protuli Stylometros, has tanquam ecebolos antiquo: tantum enim hisce sex Stylometris inscripsi, quantum decem Stylometri, tunc temporis excipere non potuissent. Itaque rudimentum tyronis primæ Stylometri fuerunt, nunc verò easdem correxi, expolui, contraxi, pressi, ita ut mihi, in his apprimè curioso, satisfaciant.

Ordines distinguuntur nobis, ratione staturæ in humiles & elatos. Humiles sũt Tuscanicus, Doricus, & Ionicus; elati Romanus & Corinthiacus. Ratione ornatus Ordines facio simplices & delicatos; simplices seu masculi sunt Tuscanicus, & Doricus; delicati sive effœminati Ionicus, Romanus, & Corinthiacus. Similitudines sequentes, Proprietates Ordinum sub involucro detegunt. Tuscanicus similis est Viro tunicato, Doricus Viro togato, Ionicus Matronæ speciem præ se fert, Romanus Viraginis, Corinthiacus Virginis tenellæ formam ostentant.

Characteres Ordinum humilium sunt, Bases Stylobatarum nullo Trochilo debilitatæ; elati Ordines Trochilos admittunt: Characteres Ordinum simplicium sunt nudæ Regulæ membra distinguentes; delicatorum Ordinum membra sœpius à se invicem duplici distinctione, nempe Regulæ Astragalo contiguæ, discriminantur: & Astragali in imo Scapo fiunt. Cymatia Dorica Tuscanicus Ordo sola habet, simplicitatem suam præ se ferens. Doricus aliqua Dorica, aliqua Les-

Die da höltzene mit papier vberzogene Baustäbe im sinne haben/die werden nichts scharfgetheiltes ausbrücken. Die gröste dehr Baustäbe ist ohne dehn Heft / bey dreyviertheilen eines Rheinländischen Fusses: man könte sie viel gröster machen aus Holtze / welches mit messinen blechen fleißig übertleidet wehre t dergleichen würden dehn Baumeistern im wercke viel zeit erspahren. Wie viel Jahre ich über dieser erfindung geschwitzet/ ist besser das ich schweige/ als vor einen auffschneider gehalten werde. Vor etlichen Jahren habe ich Baustäbe/ etlichen die bey mir die Baukunst gelehret/ geoffenbahret / dieselbe werf ich als vnzeitige geburthen hinweg: ahngesehn daß ich auf diese sechs Baustäbe soviel als vor auf zehne/ gebracht habe. Jehne wahren mein Lehrstücke/ diese sollen das Meisterstücke sein / ahngesehen sie nuhmehr also verbessert / ausgearbeitet / zuesamen gezogen/vnd aufgehalten sein/ daß sie mich endlich vergnügen. Die Ordnungen werden / nach dehr abmessung / inn Niedrige vnd Erhabene abgetheilet: die niedrige sein die Tuscanische/ Dorische vnd Jonische: die erhabene die Römische vnd Corinthische. Nach insicht dehr Ausziehrung sein etliche schlechte oder Männliche / als die Tuscanische vnd Dorische/andere zährtlich oder Weibisch/ wie die Jonische / Römische / vnd Corinthische. Diese gleichnüsse verbergen der Ordnungen eigenschaften / die Tuscanische gleichet einem Landmanne/die Dorische einem geehrten Bürger / die Jonische einer erbahren Haußfrauen/ Die Römische einer Heldinn/vnd die Corinthische einer zahrten wohlgezierten Jungfrauen.

Die Kennezeichen dehr niedrigen Ordnungen sein / daß ihrer Säulenstühle Füße / mit keiner Einziehung geschwächet werden: die Erhabenen Ordnungen hergegen vertragen diese Einziehung: Dehr schlechten Ordnungen Kennezeichen sein die Riemlein ohne Reiflein / welche die andere Glieder vnterscheiden: dehr Zahrten Ordnungen Glieder / werden vielmahls mit einem Reiflein welches mit einem Riemlein vergesellschaft ist/vnterschieden: auch werden Reiflein vnten am Stamme gebraucht. Die Tuscanische Ordnung hat alleine Holleisten / keine Kehlleisten / also erfodert es dehrer einfalt. Die Dorische Ordnung hat etliche Holleisten/ auch etliche Kehlleisten. Die Jonische hat alleine Kehlleisten / welche vor alters Lesbische leysten von dehr nahegelegenen

Lesbus Insulæ, suffert; idem de Romano enuntiamus. Corinthiacus Lesbio Cymatio, Dorico Cymatio coronato, superbit. Unicum hoc pleriſq; paradoxum vocabitur, quod humilium Ordinum Columnas unius ejusdem altitudinis fecerim, sedecim puta Modulorum; & elatorum Ordinum columnas viginti Modulorũ; cum tamen pleriq; omnes Practici Columnarum altitudinem gradatim augeant secundum seriem Ordinum; verum hęc, nullo judicio, ab iis qui Proportionum selectionem sufficienter non calluerunt, originem trahunt. Non ita abundamus bonis Proportionibus, ut singulis Ordinibus suas assignemus. Ad primævam simplicitatem recurrentes sedecim, & viginti Modulos admittimus. Magnum in dispositionib⁹ vectigal hinc colligemus.

Characteres Ordinum nostrorum hi sunto.

Ordinis Tuscanici in Basi & Coronide Stylobatæ, Cymatia Dorica Trunco contigua. In Basi Columnæ unicus & solus Torus: in Capitulo Supercilium nullo Cymatio succedente: in Epistylio similiter fit. In Zophoro Antepagmenta interdum collocantur. in Coronice Fascia vel Tænia Simæ subjicitur: in Incumba sub Supercilio, Fasciæ vel Tæniæ similimo, Regula subjicitur; Superliminare Trabeationem, exceptis Antepagmentis, imitatur.

Ordinis Dorici Characteres sunto; in Stylobata Cymatia Lesbia Trunco contigua, nullis Astragalis accedentibus. In Basi Columnæ, Regula Trochili ultra Diametrum verticalem Tori superioris projicitur, ne Trochilus Basin debilitans, vitium soliditati Ordinis impingat, quod Barozzio animadversum; sed in suâ Basi Dorica in Scyllam, quod dicitur, incidit, dum vult vitare Charybdin; Astragalum enim solido vel simplici ordini insuetum introduxit. In Capitulo Dorico, Cymatium sub Supercilio sequitur. In Trabeatione, Epistylium, Cymatium Doricum

gelegenen Insel Lesbo / genennet sein worden Also ists auch inn dehr Römischen Ordnung. Die Corinthische krönet dehn Kehlleisten bißweilen mit einem Hollleisten.

Vielen wird selzam vorkommen / daß alhier nicht / wie bey andern Baumeystern / die Ordnungẽ algemählich höhere Säulen haben: aber diese Orgelpfeyfferey / ist ohne allen verstand / von dehnen aufbracht die die Ebenmässiteit nicht rechtschaffen verstandẽ haben: wir haben nicht so überflüßige ahnzahl dehr gutten verhältnüsse / daß wir jeder Ordnung eine besondere zueignen können: sondern wir bleyben bey der ersten wohlverstandenen einfalt / daß wir dehn Niedrigen Ordnungen sechzehn / dehn Erhabenen zwanzig Modul zur Säulenhöhe zueignen. Waß vor grossen vortheil / inn dehn Eintheilungen dehr Bäue wir hiedurch erlanget / wird sich ahn seinem ohrte ausweisen.

Die Kennezeichen dehr Tuscanischen Ordnung / setzen wir / im Fusse vnd Deckel des Säulenstuhls / Hollleisten zunechst ahn dem Würffel. Im Säulenfuße ein einigen Pfühl. im Knaufe / ein Vberschlag mit keinem Ablauffenden Leisten vnterzogen: also auch im Vnterbalken: im Borten kucken bisweilen die Abschnitte heraus. Im Krantze wird ein Band oder Streiffen dem Rinneleysten vnterzogen. Im Kämpffer ist dem Band-ähnlichen Vberschlage als bald ein Riemlein vnterzogen. Das Gesimsse hat eben die Kennezeichen des Gebälckes / die Abschnitte ausgeschlossen.

Dehr Dorischen Ordnung Kennezeichen setzen wir. Inn dem Säulenstuhle Kehlleisten am Würffel ahn / doch keine Reiflein. Im Säulenfuße begiebet sich die Vorstechung des Reifleins dehr Einziehung weiter hinaus / alß der Senckrechte Durchmesser des Oberpfühles: das diese Einziehung dehn Säulenfuß nicht schwäche: welches Barozzio (dehn man gemeinlich Vignola nennet) vorlängst verworffen. Doch inn seinem Säulenfusse / durch beyfügung eines Reifleins / welches dehr schlechten oder starcken Ordnung wiederstrebet / auf andere weyse verkorben hat. Im Knauffe ist ein Kehlleisten dem Vberschla-

ge

cum Supercilio ſubjectum poſſidet. In Zophoro, plerumque Triglyphi extant. in Coronice Cymatium Doricum Simæ intercedente Regulâ ſubſternitur. Incumba ſub Supercilio Cymatium Doricum habet. Superliminare eoſdem Characteres cum Trabeatione, exceptis Triglyphis, poſſidet.

Ordinis Ionici Characteres ſunto. Aſtragali ſolitarii in Stylobatâ, alter in Baſi alter in Coronide. Aſtragalus in imo Scapi, cum aliàs Tori Aſtragalis contiguis deſtituantur. In Capitulo, Volutæ, omiſſis ſpatulis foliorum. In Epiſtylio Cymatium Lesbium nudum, hoc eſt nullo Aſtragalo ſubſtratum, ſub Supercilio. In ſummo Zophoro Supercilium cum ſubjecto Apophygi ſuperiori. In Coronice, Cymatium Lesbium purum Simæ intercedente Regulâ ſubſtratum. In Incumbâ Cymatium Lesbium purum ſub Supercilio. Superliminare Characteres Trabeationis retinet.

Ordinis Romani Characteres fiant; Trochilus in Baſi Stylobatæ, Toro ſuperiore coronatus qui Limbo Trunci ſubponitur. In Coronide bini Aſtragali. In Baſi Columnæ Aſtragalus unicus, iſque Toro inferiori ſuperpoſitus. In Capitulo præter Volutas duplex ſeries ſpatularum foliorum. In Epiſtylio ſub Supercilio Cymatium Lesbium cum ſubjecto Aſtragalo. In Zophoro Aſtragalus in ſummo: in Coronice Echinus intercedente Regulâ Coronæ impoſitus. In Incumbâ ſimile Cymatium Epiſtylii Cymatio ſub Supercilio; in Superliminari, Characteres Trabeationis obtinent.

Ordinis Corinthiaci Characteres hos damus; in Baſi Stylobatæ Trochilum, ſed accedente præter Romana membra Cymatio Lesbio inverſo in ſummo. In Coronide duplex Cymatiũ Supercilio ſubſternitur. In Baſi Columnæ, præter indicatos priorum duorum Ordinũ Aſtragalos, tertius ſub Toro ſuperiore accedit. In Capitulo præter exiliores duplicatas Volutas, tertius ordo foliorum Volutis ſubſter-

ge vnterzogen. Im Gebälcke iſt im Vnterbalcken ein Kehlleiſten dem Vberſchlage vnterzogen. Im Borten kucken bißweilen Dreyſchlitze heraus. Im Kranze/iſt über dem Kranzleiſten ein Holleiſten. Der Kämpfer hat vnter dem Vberſchlage einen Holleiſten. Das Geſimſſe behält des Gebälckes Kennezeichen/doch ohne die Dreyſchlitze.

Dehr Jonſchen Ordnung Kennezeichen ſein: ein Reiflein im Fuſſe/ vnd eines im Deckel des Säulenſtuhls. Vber dem Säulenfuſſe folget vnten am Stamme ein Reiflein/ obſchon im Säulenfuſſe keine ſein. Im Knauffe Schnecken auf dehn ecken ohne aufrechtſtehende blätter. Im Vnterbalcken ein Kehlleiſten ohne Reiflein vnter dehm Vberſchlage. Oben am Borten ein Vberſchlag mit einem Ablauffe darunter. Im Kranze/ vber dem Kranzleiſten ein Kehlleiſten. Im Kämpffer derogleichen vber dehr Platte. Das Geſimſſe behält des Gebälckes Kennezeichen.

Der Römiſchen Ordnung Kennezeichen ſein/ eine Einziehung vnten im Fuſſe des Säulenſtuhls/ mit einem Oberpfühl/ darauf der Saum des Würffels folget. Im Deckel ſein zwey Reyfleln. Im Säulenfuſſe ein Reiflein zuenechſt vber dem Vnterpfühle. Im Knauffe zwey reigen aufrecht ſtehende Blätter vnter dehn Schnecken. Im Vnterbalcken zuenechſt vnterm Vberſchlage/ein Kehlleiſten mit einem Reiflein vnterzogen: Im Borten ein Reiflein zue oberſt. Im Kranze/ ein Wülſtlein vber dem Riemlein des Kranzleiſtens. Im Kämpfer vnter dem Vberſchlage ein Kehlleiſten mit einem Reiflein vnterzogen. Das Geſimße behält des Gebälckes Kennezeichen.

Dehr Corinthiſchen Ordnung Kennezeichen ſein/ im Fuſſe des Säulenſtuhls/ außer dehr Glieder dehr Römiſchen Ordnung/ noch ein Kehlleiſten zue Oberſt. Im Deckel iſt der Vberſchlag mit einem Holleiſten vnd Kehlleiſten vnterzogen. Im Säulenfuße komt überdie vorhin gemeldete beyde Reiflein/ das dritte über dem Vnterpfühle/ dazue. Im Knauffe ohne daß die Schnecken kleiner gemacht werden/ wird die dritte Ordnung dehr Blätter dehn Schnecken vntergebettet/ auch iſt die

ſubſternitnr, ita ut triplex quaſi Ordo Foliorum ſit: Flos præterea ſemper rotundus fit. In Epiſtylio ſub Supercilio Cymatium Doricum Cymatio Lesbio ſubſtratum. In Zophoro Aſtragalus, cum ſubducta Regulâ & Apophygi. In Coronice Cymatium Lesbium ſubtus Aſtragalo accedente Coronam coronat. In Incumba duplex Cymatium cum Aſtragalo: in Superliminari Trabeationis Characteres Obtinent.

Membrorum differentiæ diligenter item attendantur. Membrorum alia Eſſentialia ſunt, alia acceſſoria. Eſſentialia ſunto, præter Truncum, Scapum, & Zophorum: in Baſi Stylobatæ, Quadra. in Coronide Corona. In Baſi Columnæ Plinthus & Torus. In Capitulo Abacus: in Epiſtylio Faſcia, ad minimum, unica. In Coronice, Corona & Sima. In Incumbis Abacus & Gula. Atque hæc Membra eſſentialia vitioſè omittuntur: acceſſoria omitti poſunt. Conſuetudine Membra quaſi eſſentialia ſunt; in Baſi Stylobatæ Sima inverſa; in Coronide Lyſis: in imo Scapo Limbus: in ſummo Scapo Annulus, quem malè Aſtragalum vocant; in ſummo Epiſtylio, nec non in Coronice, Supercilium. Item Echinus in Coronice. Hæc præterea Membra neceſſariò Regulis ſuis diſcriminantur.

Bluhme rund. Im Unterbalcken folget unter dem Uberſchlage ein Hollеiſten / darunter ein Kehlleiſten / vnd ferner ein Reiflein. Im Borten ein Reiflein / Riemlein vnd Ablauf: Im Kranze überm Kranzleiſten ein Reiflein darüber ein Kehlleiſten. Im Kämpfer ein Kehl vnd Hollеiſten über dehr Platte. Das Geſimſſe richtet ſich nach dem Gebälcke.

Die Glieder ſein theils Hauptglieder theils beyfällige. Hauptglieder ſein / ohne dehn Würffel / Stamm / vnd Borten / im Fuſſe des Säulenſtuhls der Grundſtein: im Deckel der Kranzleiſten: im Säulenfuße die Taffel / vnd ein Pfühl: Im Knauffe die Platte: im Unterbalken zum wenigſten ein Streiffen. Im Kranze der Kranzleiſten / vnd der Rinneleiſten. Inn dehn Kämpffern die Platte vnd der Glockenleiſten. Dieſe Hauptglieder geben einen fehler wenn ſie ausgelaßen werden. Die Beyfällige mag man mit verſtande Auslaßen. Gebräuchlich iſt / das man die Sturzrinne im Fuße des Säulenſtuhls / im Deckel dehn Kropfleiſten / am Stamme vnten dehn Saum / oben dehn Rincken vnd Oberſaum; im Unterbalcken vnd Kranze dehn Uberſchlag / desgleichen im Kranze die Wulſt nicht außlaſſe / vnd werden die Glieder mit ihren Riemlein vnterſchieden.

FIGU-

FIGURARUM EXPLICATIO.

FIguras quadraginta designatas exhibemus, easdem ordine, brevi explicatione percurremus.

FIGURA PRIMA. STYLOMETER UNIVERSALIS.

Hujus Stylometri præcipuus usus est, in designationibus integrorum ædificiorum; ut Ordines modicâ, hoc est exili, formâ depingi possint; ita ut Partes Ordinum, earumque altitudines ac Ecphoræ dimensæ exhibeantur, unà cum formâ Scaporum; idque expeditè fiat, opus est. Membrorum dimensiones tantilla formâ ex mensurâ designari nequeunt: quod tralatitium est in omnibus hisce dimentionibus.

Literæ denotant.

T. Ordinem Tuscanicum.
D. Doricum.
I. Ionicum.
R. Romanum.
C. Corinthiacum.
V. Volutas.

Numeri notant.

Primò Altitudines.

1, 2. Stylobatam, unà cum Scamillo superposito.
2, 3. Columnam.
3, 4. Trabeationem.

Secundò Ecphoras.

5. 6. Ecphoras inferiores; Scapi teretis seu perpendicularis, Baseos Columnæ, Scamilli, Baseos Stylobatæ, & Coronidis.

7, 8. Ecphoras superiores, puta Scapi contracti, Epistylii, Capituli, & Coronicis.

Nota. Linea horizontalis 8, 8. quæ medium Scapum secat, inferiora Ordinis à Superioribus distinguit.

In Volutis Numeri denotant.

1, 2. Dimidiam altitudinem primæ & secundæ Volutæ; in prima Voluta incisuræ sesquialteræ obtinent; in secunda, præter has etiam integræ.

3, 4. Di-

ERKLERUNG. DER FIGUREN.

Vierzig Figuren werden alhier vorgestellet / dieselbe wollen wir ordentlich erklähren vnd durchgehen.

Die erste Figur.

Der allgemeine Baustab.

Dieses Baustabes nutzen ist / wenn man gantze Gebäue abzureissen gesonnen ist: da es denn nötig daß man die Ordnungen inn gar kleiner forme abbilde: also nimt man die Stücke dehr Ordnungen / vnd dehro Auslauffungen in acht / wie auch die Gestalt dehr Stämme / vnd solches mus behende können verrichtet werden: Die Glieder können nicht abgemessen werden / weil es so kleine vnmöglig fällt.

Die Buchstaben bedeuten.

T. Die Tuscanische Ordnung.
D. Die Dorische.
I. Die Jonische.
R. Die Römische.
C. Die Corinthische.
V. Die Voluten oder Schneckenzierden.

Die Zahlen bedeuten.
Erstlich die höhen.

1/2. Dehn Säulenstuhl / mit dem Untersatze oder Eckstleine.
2/3. Die Säule.
3/4. Das Gebälcke.

Zum andern die Auslauffungen.

5. 6. Die vnteren Auslauffungen / nehmlich des Gleichdicken Stammes / des Säulenfußes / vnd Untersatzes / des Fusses des Säulenstuhls / vnd des Deckels.

7/8. Die obern Auslauffungen / als des verdünten Stammes / des Unterbalckens / des Knaufes / vnd des Krantzes.

Mereket. Die Wahgrechte linie 8/8. welche mitten durch dehn Stamm durchstreichet / theilet die Ordnung inn das Obertheil / vnd inn das Untertheil /

Inn dehn Schneckenzierden bedeuten die Zahlen.

1/2. Die halbe Höhe dehr Schnecke / so wohl dehr ersten / als dehr andern: jedoch daß inn dehr ersten die anderthalbige strichlein / inn der andern aber beydes die anderthalbige vnd gantze gelten.

3/4. Sie.

3, 4. Dimidiam altitudinem tertiæ, & quartæ Volutæ : in tertia inciſuræ ſeſquialteræ & integræ valent; in quarta, præter indicatas, etiam dimidiatæ.

Stellulæ ſivæ Aſteriſci lineam denotant, cui Centrum Oculi Volutę ſuperpoſitum eſt.

II. FIGURA.
STYLOMETER TUSCANICA.

Hæc Tuſcani Ordinis Membra dimetitur, uſus ejuſdem eſt, ſi quis Partes hujus Ordinis majori formâ deſignare intenderit, ita ut ſingula Membra menſuris ſuis conſtent. Literæ T V S: Tuſcanicum Ordinem denotant. Numerorum explicatio, Figuræ decimæ tertiæ reſervatur.

III. FIGURA.
STYLOMETER DORICA.

Dorico Ordini deſignando hæc deputata eſt, ita ut ſingulorum Membrorum formæ ſuis Menſuris exhibeantur. Literæ D O R: Doricum Ordinem indigitant. Specialis numerorum explicatio, in decimâ tertiâ figurâ exhibebitur.

IV. FIGURA.
STYLOMETER IONICA.

Ionico Ordini deſignando inſervit. ita ut ſingula Membra Menſuris ſuis exprimantur. Literæ I O N: Ionicum Ordinem indicant. Numerorum interpretatio decimæ tertiæ Figuræ reſervatur, ubi ſimul & ſemel exhibentur.

V. FIGURA.
STYLOMETER ROMANA.

Romano Ordini deputatur, ita ut Membra omnia & ſingula Menſuris ſuis conſtent. Literæ ROM: Romanum Ordinem denotant. Numeri verò in præfatâ decima tertiâ Figurâ explicantur.

VI. FIGURA.
STYLOMETER CORINTHIACA.

Ordini Corinthiaco deſignando inſervit; ut Membra menſuris ſuis perfectè exhibeantur. Literæ COR: Corinthiacum Ordinem indicant. Specialis Numerorum explanatio, in decimâ tertiâ Figura exhibebitur.

FI-

3/4. Giebet die halbe Höhe der dritten / vnd vierden/ Schnecke. inn dehr dritten gelten die anderthalbige vnd gantze Strichlein / inn dehr vierden über die itzgemeldete auch die halbe.

Die Sternlein bedeuten die linie daranf der mittelpunck des Sneckken auges fället.

Die andere Figur.

Der Tuſcaniſche Bauſtab.

Mit deſſen hülffe miſſet man die Glieder dehr Tuſcaniſchen Ordnung/ ſein nutzen iſt/ wenn man die Stücke dieſer Ordnung / inn gröſſere form abbilden wil/ alſo das alle Glieder ihr richtig maas behalten. Die Buchſtaben TVS : bedeuten die Tuſcaniſche Ordnung. Die Zahlen werden inn dehr dreyzehnden Figur zugleich vorgeſtellet.

Die dritte Figur.

Der Doriſche Bauſtab.

Dieſer dienet zue abreiſſung der Doriſchen Ordnung/ ſolcher geſtalt das alle Gleider ihr maas beſitzen. Die Buchſtaben DOR: bedeuten Doriſch. Die beſondere auslegung dehr Zahlen verbleibet bis zur dreyzehnden Figur verſchoben.

Die vierde Figur.

Der Joniſche Bauſtab.

Iſt zue der Joniſchen Ordnung erfunden / alſo daß man daraus alle Gleider nach dem maaſſe ausbilden mag. Die Buchſtaben ION: bedeuten Joniſch. Aller Zyffern auslegung wird inn der dreyzehnden Figur/ auf einmahl/ vorgeſtellet.

Die fünfte Figur.

Der Römiſche Bauſtab.

Aus dieſem mag man die Römiſche Ordnung ſo eigentlich abbilden/ daß alle Glieder nach ihrem maaſſe ausgedruckt werden. Die Buchſtaben ROM: bedeuten Römiſch. Aber aller Zahlen auslegung wird inn dehr dreyzehnden Figur befindlich ſein.

Die ſechſte Figur.

Der Corinthiſche Bauſtab.

Dienet zur ausbildung dehr Corinthiſchen Ordnung / daß man darinnen alle Glieder abgemeſſen erkenne. Die Buchſtaben COR: bedeuten die Corinthiſche Ordnung. Aller Zyffern auslegung wird inn dehr dreyzehnden Aufgabe befindlich ſein.

Die

FIGURA VII.
SCALÆ ET REGULÆ.

Scalas tres exhibemus, ſummo ſtudio diviſas.

Scala prima ex pede Rhenano in mille particulas diviſo deſumta eſt. *Secunda* ex eodem pede in bis mille particulas diviſo. *Tertia* ex prædicto pede in ter mille particulas diſſecto. De his ſcalis ſequentia notentur.

Nota 1. Omnes hæ Scalæ æri accuratiſſimè inciſæ ſunt, in Ectypo exiliores evadunt, ita tamen ut figuris ſuis conveniant; eâdem enim Proportione Scalæ & figuræ decreſcunt.

Nota. 2. Omnes Stylometri ex Scalâ ſecundâ fabrefactæ ſunt; niſi quod in Stylometro Univerſali eadem Scala decies majori valore adhibita fuerit. Volutæ verò ex Scala tertiâ, ſuper eâdem Stylometro dimenſæ ſunt.

REGULA I.

Caſus eſt, ſi quis ex minori Scala, quam illa eſt, ex quâ Stylometri factæ ſunt, deſignationes intendat.

Hoc caſu, ſequens conſtructio retineatur; ſit, exempli gratia deſignandus Stylobata Tuſcanus, unà cum Scamillo ſuperpoſito. Altitudo Stylobatæ, nobis ſex Modulorum cum Scamillo, (ſed quinque Modulorum abſque Scamillo) in ſequenti octavâ figura erit 2160 Particularum; hæc diſtantia ex Scala, hic tertiâ, ſuper AB ponatur. AC verò, quæ maxima Ecphora eſt, inferiorum Partium Ordinis Tuſcanici; nempè hic Ecphora Coronidis, fiat 675 Particularum. Hoc facto Rectangulum BC abſolvatur: prolongetur AC exteriùs, & BA inferiùs. Applicetur Stylometer, hâc ratione, ut inciſura unitate notata ſuper AC prolongatâ, inciſura verò binario notata ſuper linea Horizontali quæ per B tranſit, quieſcat; hoc facto inciſuræ quatuor inter 1, 2, interceptæ in chartâ punctis notatis exprimantur; & per ſingula puncta Parallelæ Horizontales agantur. Deinde porrò Stylometer ita applicetur, ut inciſura quinario indicata, ſuper Perpendiculari per C tranſeunte, quæ Axis vocatur, quieſcat; inciſura verò quæ ſenarium appoſitum habet, Perpendiculari AB prolongatæ imponatur, & inciſuræ quatuor inter 5, 6, inter-

Die ſiebende Figur.

Die Maasſtäbe vnd Hauptregeln.

Es werden alhier drey Maasſtäbe / mit höchſtem fleiße getheilet / vorgeſtellet.

Der erſte Maasſtab iſt aus dem Reinländiſchen fuße / der inn tauſend theilichen getheilet iſt. Der andere aus dem Reinländiſchen Fuße ſo inn zweytauſend theile vertheilet iſt. Der dritte aus dehme von dreytauſend theilen.

Mercket 1. Alle dieſe Maasſtäbe ſein auf dem Kupffer ſehrgenau abgetheilet / aber im drucke fallen ſie etwas kleiner: jedoch dienen ſie zue vnſern Figuren / welche inn eben derogleichen Vorhältnüs / wie die Maasſtäbe / kleiner fallen.

Mercket 2. Alle Bauſtäbe ſein nach dem andern Maasſtabe abgetheilet; jedoch inn dem Allgemeinen hat man dehn Maasſtab zehnmahl ſoviel gelten laſſen. Die Voluten oder Schneckenzierden ſein aus dem dritten Maasſtabe abgemeſſen.

Die erſte Hauptregel.

Dienet inn dem Falle / wenn man nach einem kleineren Maasſtabe / als der Maasſtab des Bauſtabes iſt / reiſſen wiel.

Alsdenn verfahret alſo: es mag / Beyſpielsweiſe / ein Tuſcaniſcher Säulenſtuhl / mit dem Unterſatze zue oberſt darauf abzubilden ſein. Die höhe des Säulenſtuhls / welche hier ſex Modul iſt mit dem Unterſatze (aber fünffe ohne dehn Unterſatz) wird inn dehr folgenden Figur abgewieſen 2160 Theilichen zueſein: dieſe weite nehmet aus eurem Maasſtabe (als hier aus dem dritten) vnd ſetzet ſie auf AB. Aber AB, welche die gröſſeſte Auslauffung iſt des Unterheils der Tuſcaniſchen Ordnung / zuwiſſen alhier des Deckels / beträget 675 Theilichen; machet alſo das Rechteecke BC aus: verlängert AC auswerts / vnd BA vnterwerts. Leget dehn Bauſtab / daß der Kerb 1 auf dehr verlängerten AC, vnd 2 auf dem Waghſtriche B lieget: als denn zeichnet ahn die vier Strichlein zwiſchen 1 / 2 puncte / vnd ziehet durch alle gezeichnete puncte Waghſtriche. Nach dieſem leget dehn Bauſtab ferner alſo ahn / daß das Strichlein 5 / auf dehm Senckſtriche C zurliegen komme / welcher der Achsſtrich genennet wird; aber das Strichlein 6 mus auf die verlängerte AB aufgeleget werden: inn dehme der Bauſtab alſo lieget / müſſen ahn die vier Strichlein zwiſchen 5 / 6 pünckt-

interceptæ punctis notentur, ac per singula puncta Perpendiculares Parallelæ ducantur; ita craticula confecta erit, intra hujus cancellos, figura, ut hic apparet, designetur.

REGULA II.

Casus est, si figura ex eâdem Scalâ, ex qua Stylometer desumta est, designanda fuerit.

Ut si ex Scalâ secunda designatio fieri debeat; tali casu, ex Scala altitudo, ut indicatũ, 2160 Particularum mensurâ exprimenda est; similiter Ecphora 675 Particularum designetur; fiat nempe angulus Rectus ad A, ponantur 675 Particulæ, ex Scala secundâ, ita ut ejus unitates decem Particulas valeant, super infimâ lineâ Horizontali, retrorsum ex A vel 6. in 5. talis est Ecphora. Altitudo 2160 Particularum, ex 1, in 2, super Axi Stylobatæ. Stylometer ut in præcedenti casu indicatum fuit, applicetur; punctis notatis Parallelæ tàm Horizontales, quàm Perpendiculares ducantur, ita Craticula, ut in præcedenti Casu designabitur, intra cujus cancellos figura facilè, ad imitationem appositæ, designabitur.

REGULA III.

Casus est, si ex majori Scalâ, quam Stylometrorum Scala est, designandum fuerit.

Tali Casu, nempe si hic ex primâ Scala figura fieri debeat; fiat primò Rectangulum CB, ita ut Altitudo CA vel DB ex Scalâ positâ sit 2160 Particularum; latitudo vero AB, 675 Particularum fiat. Hinc super BD Triangulum Æquilaterũ BED fiat, super DC verò aliud Triangulũ æquilaterum DFC construatur. Desumatur distantia 1,2, ex Stylometro, talis distantia ex E in H & G collocetur, ductâ HG, huic ipsi HG Stylometer applicetur, ita ut 1 in G, & 2 in H quiescat; eo modo ad singulas virgulas interceptas puncta notentur, hic quatuor: ex E per singula puncta lineæ agantur, quæ BD dividant; ex singulis punctis hujus lineæ BD Parallelæ Horizontales agantur. Porrò distantia 5, 6, ex Stylometro excerpta ex F, in K, & I, ponatur, ductæ KI Stylometer ita imponatur ut 5 in I, 6 verò in K, quiescant: ad quatuor virgulas interceptas puncta notentur, & per singula puncta ex F lineæ educantor, ita DC divisa erit; ex singulis punctis hujus DC, Perpendiculares Parallelæ eleventur; ita Craticula prodibit; intra cujus cancellos Figura designanda est.

Nota.

lein gezeichnet werden: durch alle diese pünctlein werden Seckstriche/ welche wie bekant ist/ vnter sich Parallel sein/ gezogen. Solcher gestalt ist das Gitter verfertiget/ darein die Figur mit geübter hand/ wie hier zusehen ist/ eingetragen wird.

Die andere Hauptregel.

Der Fall ist/ daß begehret wird/ daß man eben nach einem solchen Maasstabe reissen soll/ wie des Baustabes Maasstab ist.

Als wenn man aus dem andern Maasstabe reissen wolte. So mues man die höhe 2160/ vnd die Auslauffung 675 Theilichen bekant haben. Machet dehn Rechten Winckel A, setzet 675 Theilichen zuerücke aus A oder 6/ inn 5: es müssen aber diese 675 Theilichen/ aus dem andern Maasstabe/ doch also daß ein Theil zehn Theilichen gelte/ genommen werden/ so viel ist die grösseste Auslauffung inn dieser Figur. Machet auch die höhe 2160 Theilichen/ von 1 bis 2/ auf dem Achsstriche des Säulenstuhls: der Baustab wird wie inn dehr vorgehenden Aufgabe abngeleget: nach dehme die puncte ahn die strichlein gezeichnet sein/ so führet die Wahgrechte vnd Seckrechte Parallelen: so wird das Gitter/ wie inn dehr nechst vorgehenden Aufgabe bereitet/ darein man die Figur wie beystehet/ abbildet.

Die dritte Hauptregel.

Der dritte Fall ist/ wenn man nach einem grösseren Maasstabe als des Baustabes Maasstab ist/ reissen sohl.

Alsdenn/ wenn man/ Beyspielsweise/ nach dem ersten Maasstabe reissen wolte: machet erstlich das Rechtecke CB, also daß die höhe CA oder DB, aus besagtem Maasstabe 2160 Theilichen genommen werde; die breite aber AB 675 Theilichen: machet auf BD das Gleychseytige Dreyecke BED, vnd auf DC das Gleichseitige Dreyecke DFC. Nehmet die weite 1/ 2/ aus dem Baustabe/ zeichnet solche aus E, inn H, vnd G: ziehet HG, ahn diese HG leget dehn Baustab ahn/ also das 1 inn G, vnd 2 inn H liege: machet ahn die vier Strichlein/ puncte: ziehet aus E durch alle puncte/ linien/ welche BD theilen: aus allen puncten auf BD gefunden ziehet Wahgrechte Parallelen. Ferner nimmet man aus dem Baustabe die weite 5/6: setzet sie aus F, inn K, vnd I, ziehet KI, darauf leget den Baustab mit dieser innsicht das 5 auff I, vnd 6 auf K liege: ahn dehnen zwischen 5/6 begriffenen Strichlein zeichnet puncte/ vnd durch alle diese puncte ziehet/ aus F, linien/ dieselbe geben die abtheilung dehr linie DC: aus allen dehnen puncten/ welche solcher gestald auf DC gefunden sein/ sohl man Parallele Seckstriche aufrichten: so komt das Gitter vor dehn Tag/ inn welchem die Figur/ wie vormals/ abgerissen wird.

Mercke

Nota 1. Quantum ad Membra attinet, in Stylometro generali ſive univerſali imitanda illa ſunt, ex figuris particularibus, ut hic ex Figura decima quinta: itaque Tyronibus ab illâ incipiendum erit, & Ordines percurrendi ſunt, antequam univerſalis Stylometer pertractetur.

Nota. 2. Membra dimenſiones ſuas accipere poſſunt, ſi ſcalâ primâ ita utaris, ut una pars decem Particulas valeat; in minori formâ, dimenſiones exilitate laborant.

Mercket 1. Belangende die Glieder / werden dieſelbe / wenn man aus dem allgemeinen Bauſtabe reißet / aus dehn Figuren dehr beſonderen Bauſtäbe / mit geübter hand nachgemahlet / als hier aus dehr funfzehnden Figur: derohalben ſollen die ahnfahenden von deroſelben einen ahnfang machen / vnd die Ordnungen durchlauffen / ehe ſie dehn allgemeinen Bauſtab gebrauchen lernen.

Mercket 2. Man kan die Glieder noch abmeſſen / wenn man dehn erſten Maasſtab gebrauchet / alſo das ein theil / zehn Theilichen gilt: aber kleinere figuren mögen dehr Glieder abmeſſung nicht erleyden.

VIII. FIGURA. QUINQUE ORDINES.

Die achte Figur. Die fünf Ordnungen.

Ordo ſpecies ornamentorum in unum collectorum eſt, atque ita Figura ab 1, uſque ad 4. Ordinem unum exprimit; horum quinque recenſentur; atque inter hos robuſtiſſimi & ſimpliciſſimi quique præcedunt, ab iis ad delicatiores ſenſim aſcenditur ita ut delicatiſſimus faſtigium occupet.

Eine Ordnung iſt ein gewiſſes fach dehr zierden / die ſich zuſammen vertragen: alſo iſt von 1 bis 4 / hier eine Ordnung abgebildet. Deroſelben erkennen wir fünffe ahn dehr zahl: vnd werden die ſtärckeſten vnd ſchlechteſten zue vnterſte geſetzet / aber die mehr ausgezierten ſteigen höher hinauf / alſo das die allerzierlichſte zue oberſt ſtehe.

Tuſcanicus Ordo ſimpliciſſimus & robuſtiſſimus eſt, agricolæ ſimilis.

Die Tuſcaniſche Ordnung iſt die ſchlechteſte vnd ſtärckeſte / wird mit einem Landman verglichen.

Doricus ſecundus, virilis eſt, & viro togato comparatur.

Die Doriſche iſt die andere / männliche / vnd wird einem geehrten manne verglichen.

Ionicus tertius, mediocris, Matronæ aſſimilatur.

Die Joniſche iſt die dritte / mittelmäſſige / gleichet einer erbahrn Hausfrauen.

Romanus quartus, ſpecioſus, Viraginem refert.

Die Römiſche / als die vierde / iſt ahnſehnlich / vergleicht ſich einer Heldin.

Corinthiacus tandem, quintus, cultiſſimus, Virgini comtiſſimæ comparatur.

Endlich die Corinthiſche / höhſtgezierte / vergleicht ſich einer wohlausgeputzten Jungfrawen.

Quilibet Ordo tria Corpora habet; in imo Stylobatam cum impoſito Scamillo, qui ab 1 ad 2 extenditur: ſecundò Columnam, quæ ſi quadrangula fuerit Pila dicitur; Pila, ſi aliqua ſui parte parieti adhæreat Anta vocabitur; hæc à 2 ad 3 extenditur: tertiò Trabeatio, cujus Coronix nunquam ab ædificio abeſſe poteſt niſi vitioſè; hæc à 3 ad 4 pertingit. In Stylometris Ordines ſecundum habitationum commoditatem direximus, quæ humiles Trabeationes requirunt; prælatæ enim Trabeationes feneſtras ſuperiores integro ferè Modulo humilius ſub tectum deprimunt.

Jede Ordnung hat ihre drey Leyber: vnten dehn Säulenſtuhl / darauf den Vnterſatz / der reichet von 1 bis 2: zum andern die Säule / welche wenn ſie einen viereckichten Stamm hat / heiſſet ſie ein Pfeiler / gelanget von 2 bis 3: zum dritten das Gebälcke / deſſen Krantz inn keinem Baue / ohne fehler ausgelaſſen werden mag / von 3 bis 4. Auf dehn Bauſtäben iſt vnſer abſehen auf die Bequämikeit dehr Wohnungsbäue vornemlich gerichtet / welche niedrige Gebälcke erheiſchen / aus vhrſachen das die hohen Gebälcke faſt einen gantzen Modul die obernfenſter weiter vnter das dach verſtoſſen.

Ut autem Proportiones Ordinum intelligantur; tantùm duas altitudines Columnarum admittimus, humilem unam, alteram elatam; humiles vocamus tres priores, Tuſcanicam, Doricam, & Ionicam; elatas facimus Romanam, & Corinthiacam. Omnia Modulis & Modulorum Particulis dimetimur; eſt verò Modulus dimidia craſſities Scapi teretis ſive Perpendicularis, ut hic ex 5 utrin-

Damit man aber von dehn Verhältnüſſen dehr Ordnungen Nachricht habe / ſo behalten wir nur zweyerley höhen / eine niedrige / die andere erhabene; jehne inn dehn erſten dreyen Ordnungen / als inn der Tuſcaniſchen / Doriſchen / vnd Joniſchen: aber die erhabene Ordnungen ſein die Römiſche vnd Corinthiſche. Alles wird mit Modulen vnd deroſelbten Theilichen gemeſſen. Der Modul iſt die halbe Säulendicke am gleichdicken Stamme / als hier aus 5 beyderſeits

utrinque ad proximum punctum lineæ Horizontalis ejusdem. Hic Modulus in trecentas sexaginta Particulas divisus esse intelligitur. Proportiones, ex Mathematicis fundamentis, ex sacræ Architecturæ à Deo profectæ autoritate, nec non Romanorum Græcorumque selectioribus Proportionibus hausimus. Itaque triplicato fundamento hæc innituntur; alia verò ultimo tantùm, eoque utplurimum mutilato, innituntur.

Columnæ altitudo erit in humilioribus Ordinibus sedecim, in elatis vigintiModulorum.

Stylobata altus erit per se quinque Modulos, sed cum impositio Scamillo sex Modulos adimplebit.

Trabeatio, ex quintâ parte Altitudinis Columnæ, in humilibus Columnis est trium Modulorum & quintæ partis Moduli: in elatis ad quatuor integros Modulos ascendit.

Quodlibet Corpus Ordinis in tres Partes dispescitur; sic Stylobata in imo Basin, in medio Truncum, in summo Coronidem habet: cui Scamillum superimposuimus. Columna in imo Basin, in medio Scapum, in fastigio Capitulum possidet. Trabeatio, in imo Epistylium, in medio Zophorum, in fastigio Coronicem ostendit.

Partium Proportiones has assignamus, à Columna initium faciendo; altitudo Baseos Columnæ semper sit unius Moduli, idque in omnibus Ordinibus perpetuò observetur. Capitulum altum est in humilioribus Ordinibus unum Modulum; in elatis duos Modulos cum unius triente. Ita Scapus in humilibus quatuordecim Modulos, in elatis sedecim cum besse habebit. Hunc totum Scapum vocamus; superiori verò & inferiori parte aliquot Membra demuntur; illa Capitulo contigua altitudinem ex duabus quintis Moduli; hæc ex quatuor decimis quintis ejusdem, altitudinem accipiunt; intermedium spatium Scapum nudum appellamus, hujus altitudo in humilioribus Ordinibus tredecim Modulos, cum triente Moduli, explet. In elatis Ordinibus scapus nudus integros sedecim Modulos replet. Hic Scapus nudus in humilioribus Ordinibus quadrifariam divisus, infimam quartam Scapo tereti vel perpendiculari, tres quartas superiores Scapo contracto communicat. In elatis verò Ordinibus Scapus nudus trifariam dividitur, ita ima tertia Scapo perpendiculari, summæ duæ tertiæ Scapo contracto cedunt.

auf dem Wahgstriche. Dieser Modul wird inn dreyhundert sechzig Theilichen vertheilet. Die Verhältnüsse haben wir aus Wißkünstigem Grunde/ ans ahnleitung dehr Heiligen von Gott erfundenen Baukunst / vnd aus dehr Römer vnd Grichen auserlesensten Verhältnüssen / hergeholet. Bestehet also diese ahrt auf dreyfachem Grunde: andere sein auf dehn trübsand des letzten Stückwerckes aufgeführet.

Die höhe der Säulen sohl sein/ sechzehn Modul inn dehn niedrigen/ aber zwanzig Modul inn dehn erhabenen Ordnungen.

Der Säulenstuhl ist ahn sich selbst fünf Modul hoch/ aber mit dem Untersatze darüber steiget er auf sechs Modul.

Das Gebälcke ist dehn fünftentheil dehr Säule hoch / vnd also inn dehn niedrigen Ordnungen drey vnd einen fünftentheil des Moduls/ aber inn dehn erhabenen steiget es auf vier Modul.

Ein jeder Leyb / wird inn drey Stücke abgetheilet/ also hat der Säulenstuhl vnten seinen Fuß/ mitten dehn Würffel/ vnd oben dehn Deckel; darüber wir dehn Eckstein oder Untersatz gesetzet haben. Die Säule hat vnten dehn Säulenfuß/ mitten dehn Stamm/ vnd zue oberst den Knauf. Das Gebälcke hat vnten dehn Unterbalken/ mitten dehn Borten/ vnd oben den Krantz.

Die verhältnüsse dehr Stücke gebrauchen wir also: von dehr Säule ahnzufahen / sohl der Säulenfuß allezeit / inn allen Ordnungen eben einen Modul halten. Der Knauf ist, inn dehn niedrigen einen Modul hoh/ inn dehn Erhabenen zwey vnnd ein drittheil Moduls. Also bleiben dem Stamme vierzehn inn dehn niedrigen / vnd sechzehn mit zwey drittentheilen Moduls inn dehn erhabenen übrig. Vom gantzen Stamme gehen oben vnd vnten etliche Glieder ab / etliche zwar oben zuenechst am Knauffe/ die haben zwey fünftentheil Moduls zur höhe: etliche sein vnten dem Säulenfuße am nechsten gelegen/ die haben vier funfzehntheil Moduls zur höhe: hierzwischen der glatte Stamm hält inn dehn niedrigen Ordnungen dreyzehen vnnd einen drittentheil Moduls / inn dehn erhabenen hält der glatte Stamm gantzer sechzehn Modul. Dieser glatte Stamm/ wird inn dehn niedrigen Ordnungen inn vier/ inn dehn erhabenen inn drey theile getheilet/ das eine vnd vnterste giebet die höhe des gleichdicken Stammes / aber die oberste drey inn dehn niedrigen/ zwey inn dehn erhabenen/ geben die höhe des verdünneten Stammes.

Alti-

Die

Altitudines Partium Stylobatæ hinc originem trahunt : à tota altitudine ſex Modulorum, ſupremus Modulus Scamillo cedat; ita ipſi Stylobatæ quinque Moduli, relinquuntur. In Stylobata Baſis Stylobatæ fiat ex ſeſqui Modulo; hujus ſemis, dodrans Moduli, altitudinem Coronidis exhibet; Trunco altitudo duorum Modulorum cum Dodrante Moduli relinquitur, ejus frons Quadratum, corpus Cubum exprimit: atque hoc in ſingulis Ordinibus ita obſervatur.

In Trabeationibus, altitudines tales approbamus; in primis duobus maſculis ordinibus, tàm Epiſtylio, quam Coronici Modulus unicus aſſignatur. Zophorus reliquum ex Modulo & ejus quinta parte, retinet, Trabes enim majeſtatem altitudine ſuâ exprimunt; Antepagmenta, & Triglyphi trabes tales referunt, atque inde originem traxerunt. In delicatis Ordinibus, nempe in ultimis tribus, qui etiam effœminati dicuntur, delicatior Partium diviſio requiritur; itaque in Ionico Ordine totam altitudinem Trabeationis in duodecim partes ſecamus, illarum tres Zophorus habet, quatuor Epiſtylium, & quinque Coronix. In elatis verò poſtremis duobus Ordinibus altitudo Trabeationis in quindecim partes dividitur, harum quatuor Zophori altitudinem exprimunt, quinque Epiſtylio, & ſex Coronici cedunt. In omnibus delicatis Ordinibus Epiſtylium tertiam partem altitudinis Trabeationis occupat. Atque hæc de menſuris altitudinum dicta ſufficiant.

In Ecphoris, & Crepidinibus, has menſuras approbavimus; Scapus teres ſeu perpendicularis Ecphoram habet unius Moduli, idque in omnibus Ordinibus; & hinc Modulus oritur. Scapus contractus in humilibus Ordinibus, Tuſcanico, Dorico, & Ionico, latus eſt decimam partem altitudinis Columnæ, atque ita ipſius Semidiameter ſive Ecphora eſt, ex quatuor quintis Moduli : in elatis Ordinibus, ut puta Romano & Corinthiaco, Diameter Scapi contracti eſt tantum ex duodecimâ parte altitudinis Columnæ, ita Ecphora ejuſdem erit ex quinque ſextis, ſive ex dextante Moduli. Annuli Ecphora, in omnibus Ordinibus præciſe Modulum unum teneat.

Crepido Baſeos Columnæ nobis eſt perpetuo ex Triente Moduli; ita Ecphora Baſeos Columnæ, Modulum cum Triente explebit. Crepido verò Scamilli eſt ex tribus octa-

Die höhen dehr Stücke im Säulenſtuhle werden alſo verſtanden : Von dehr gantzen höhe/ gebet oben einen Modul von dehn ſechſen/ dem Unterſatze : ſo behält dehr Säulenſtuhl ahn ſich ſelbſt fünf Modul zue ſeiner höhe. Inn dieſem Säulenſtuhle machet dehn Fuß anderthalb Modul hoch/ deſſen helfte/zuwiſſen drey viertel Moduls giebet des Deckels höhe. Der Würffel behält noch zwey vnd dreyviertel Moduls zue ſeines höhe / deſſen forderſeite ſohl Schachtformig ſein / damit ſein leib ein rechter Würffel werde ; vnnd dieſes geſchiehet inn allen Ordnungen.

Im Gebälcke/ bekräftigen wir folgende höhen : inn dehn erſten beyden männlichen Ordnungen / ſohl beydes/ der Vnterbalcken vnd der Krantz einen Modul hoch ſein. Der Borten iſt einen fünfteheil höher/ damit die Balckenköpffe deſto ahnſehnlicher werden / inn dehme ſie ſo hoch ſein / dieſe Balcken werden durch die Abſchnitte/ vnd Dreyſchlitze abgebildet / welche dannenhero entſproſſen ſein. Inn dehn zahrten Ordnungen / nemlich inn dehn letzten dreyen / weibiſchen Ordnungen / müſſen die Stücke zährter abgetheilet werden : derohalben theilen wir die höhe des Gebälckes inn dehr Joniſchen Ordnung inn zwölf gleiche theile / dehrer drey hat der Borten/ vier der Vnterbalcken/ vnd fünffe der Krantz zur höhe. Inn dehn letzten beyden erhabenen Ordnungen wird die höhe inn fünfzehn theile zerſchnitten / davon vier dem Borten / fünffe dem Vnterbalcken / vnd ſechs dem Krantze zukommen. Inn allen zahrten Ordnungen iſt der Vnterbalcke dehn dritten theil der höhe des Gebälckes hoch. Vnd ſoviel mag von dehr abmeſſung dehr höhen genug gemeldet ſein.

Inn dehn Auslauffungen vnd Ahnwachſungen haben wir folgende Maaſſe gut gefunden : Der gleichdicke Stamm hat ſeine Auslauffung einen Modul/ vnd dahero wird dehr Modul genommen/ inn allen Ordnungen. Der verdünnete Stamm inn dehn niedrigen / als inn dehr Tuſcaniſchen / Doriſchen/ vnd Joniſchen Ordnung/ iſt breit dehn zehnden theil der höhe dehr Säule / alſo wird ſein Halbmeſſer oder ſeine Außlauffung vier fünftheil Moduls betragen : inn dehn erhabenen Ordnungen / als inn der Römiſchen vnd Corinthiſchen/ hält der Durchmeſſer des Verdünnten Stamms nur dehn zwölften theil dehr höhe der Säule/ alſo wird ſeine Außlauffuug fünf ſechſte theil Moduls betragen. Der Rincken hat ſeine Auslauffung allezeit aus einem gantzen Modul.

Die Ahnwachſung des Säulenfuſſes behalten wir ein drittheil Moduls/ alſo iſt die Auslaffuung einen Modul vnd einen drittheil gros : Aber die Ahnwachſung des Vntерſatzes iſt drey achtheil Moduls/ vnd alſo die Auslauffung einen Modul vnd drey achtetheil : dieſe Außlauffung mus ahn

octavis Moduli, ita Ecphora Scamilli Modulum & insuper tres octavas ipsius continet. Hæc Ecphora in eandem Perpendicularem cum Trunco incidit, quod diligenter observandum est.

Crepido Capitulorum in masculis Ordinibus est ex triente Moduli, atque ita Ecphora ordinaria esset unius Moduli adjectis duabus decimis quintis ejusdem: delicatorum Ordinum Ecphora nobis ex sesquimodulo desumitur. In Basi Stylobatæ Crepido ex duabus quintis Moduli mensuram accipit; sed in Coronide ex semisse Moduli.

In Trabeatione Zophorus per se, nec non Epistylium inferiori parte, Ecphoram habent Scapo contracto conformem; si vero Trabs, puta Antepagmentum aut Triglyphus adfuerint, illius Ecphora ex semisse indicatæ Ecphoræ mensuram tenebit. Crepido Coronæ in Masculis Ordinibus ex duabus quintis Moduli fiat, ut major sit Coronicis altitudine, & ita humilitas Coronicis adjectione Crepidinis latioris corrigatur. In delicatis Ordinibus Crepido Coronicis altitudini ejusdem æquatur. Mutuli nobis in delicatis Ordinibus distant, ab Axi ad Axin, unum Modulum, lati ex Triente Moduli, Metopæ ex Besse, sed Coronulæ semissem Moduli requirunt. In masculis Ordinibus distantiæ trabium (hic inconspicuæ) sunt ab Axi ad Axin duorum Modulorum, trabes quatuor quintas Moduli, Metopæ Modulum cum una quinta ejusdem occupant. Metopæ inter Mutulos pariquadratæ ferè sunt, inter trabes quadratæ.

Ex hisce dimensionibus numeri Tabulæ per calculum inventi sunt, in Particulis, quarum Particularum trecentę & sexaginta Modulum unum conficiunt.

Inscriptio est *Mensuræ Vniversales*, hoc est dimensiones generales. sequitur,

Altitudo Stylobatæ subintellige cum Scamillo.

Altitudo Columnæ.

Altitudo Trabeationis.

Maxima Ecphora inferior.

Maxima Ecphora superior.

Nota. Quicquid lineæ 8, 8, subjicitur, inferiora Ordinis appellamus; quæ verò altiora sunt superiora Ordinis vocantur.

De Vsu Stylometri universalis.

Primò usum ejusdem pro quinque Ordinibus

dem Seckstrichen enden / welcher am Würffe hinauf steiget / welches wohl zubehalten ist.

Die Ahnwachsung dehr Knäuffe / inn dehn Männlichen Ordnungen ist ein drittheil Moduls / vnd also ihre gebräuchlichste Außlauffung einen Modul vnd zwey funfzehntheil deßelben: Die zahrten Ordnungen behalten hier die Außlauffung von auderthalb Modulen. Im Fusse des Säulenstuhls ist die Ahnwachsung zwey fünftetheil Moduls / im Deckel aber eben einen halben Modul.

Im Gebälcke sohl der Borten vorsich / wie auch der Vaterbalcken zue vnterst / die Außlauffung mit dem verdünneten Stamme übereinstimmende haben: wenn aber Balckenköpffe / als Abschnitte oder Dreyschlitze verhanden sein / sohl dessen Auslauffung die helfte vorgedachter Auslauffung behalten. Der Krantz hat seine Ahnwachsung / inn dehn Männlichen Ordnungen / aus zweyen fünftetheilen dehr höhe des Gebälckes / damit die niedrikeit des Krantzes / durch die grosse Ahnwachsung ersetzet werde. Inn dehn zahrten Ordnungen / ist die Ahnwachsung des Krantzes desselben höhe gleich. Die Sparrenköpffe / von einem Achsstriche zum folgenden / stehn hier allzeit einen Modul von sammen / vnd sein einen drittheil des Moduls breit / aber die Zwischentieffen zwey drittetheil / die Krönlein darauf sein einen halben Modul breit. Inn dehn Männlichen Ordnungen / sein die Balckenwelten (dehrer keine hier gantz vorgebildet ist) zwey Modul breit / von einem Achsstriche zum folgenden. Die Balcken sein vier fünftheil eins Moduls breit / die Zwischentieffen einen Modul vnd einen fünftentheil. Die Zwischentieffen sein Schachtformig zwischen dehn Balcken / vnd machen einen Doppelschacht zwischen dehn Sparrenköpffen. Aus diesen abmessungen ist gegen-wertige Taffel ausgerechnet / inn Theilichen dehrer dreyhundert vnd sechzig einen Modul machen.

Der Tittel ist / Mensuræ Universales, das ist allgemeine Abmessungen.

Folget Altitudo Stylobatæ, die höhe des Säulenstuhls / verstehet mit dem Vutersatze.

Altitudo Columnæ, die höhe dehr Säule.

Altitudo Trabeationis, die höhe des Gebälckes.

Maxima Ecphora superior, die grösseste vntere auslauffung.

Maxima Ecphora superior, die grösseste Ober-auslauffung.

Mercket. Alles was vnter der linie 8/8/lieget / heisset das Vntertheil / was aber darüber ist / das Obertheil einer Ordnung.

Vom gebrauche des Allgemeinen Baustabs.

Erstlich wollen wir dessen gebrauch / soviel die fünf

bus hâc figurâ, deinde uſum in Volutis quatuor ſequentibus declarabimus.

Si itaque totus aliquis Ordo deſignandus fuerit, ex Scala electâ altitudo totius Ordinis capiatur, in humilibus 9072, in elatis 10800 Particularum. Talis diſtantia ex 1 in 4 ponatur, ſecundum hanc altitudinem Stylometer, ex præſcripto unius alicujus Regulæ, ex tribus ſuperiùs poſitis, adhibeatur, nempè ex præſcripto illius Regulæ quæ Caſum datum complectitur.

Capiatur porrò menſura maximæ Ecphoræ inferioris 675 Particularum; ita inferiora deſignari poſſunt. Sumatur etiam Ecphora maxima ſuperior, Coronicis puta; quæ eſt in Tuſcanico & Dorico Ordine 748$\frac{4}{5}$ Particularum; in Ionico 768 Particularum, in Romano & Corinthiaco 876 Particularum: hoc facto per Craticulam ſuperiora Ordinis deſignantur. Ita tota figura, ut hic apparet deſignatur.

Si verò Corpus unum aut alterum Ordinis deſignandum eſt, inciſuræ non adhibendæ prætereantur, & neceſſariæ tantùm punctis notentur.

Nota 1. Si quis figuras imitari deſideret, quod quidem omnibus tyronibus Artis ſuademus, hanc figuram ultimo loco reſervet; reliquæ enim Figuræ dimenſiones Membrorum comprehendunt, hæc verò manum exercitatam requirit; exilitas Figuræ dimenſiones Membrorum impedit.

Nota. 2. Experientia edoctus, fateor me Membra & eorundem Projectiones menſurâ deſignaſſe, quotieſcunque Scalâ prima, ad minimum, uſus ſum; ita nempe ut tota Scala pro quinquies mille Particulis ſit, ita ut una pars denario notata centum Particulas, & minima pars, quæ lineâ tranſverſali in Scala abſcinditur, decem partes valeat; ex hâc menſura aliquoties Ordines ſuper uno folio deſignavimus. Minoribus Scalis adhibitis, dimenſiones, propter exilitatem oculis manibuſque meis impoſſibiles fuerunt.

IX. FIGURA.
VOLUTA PRIMA.

Hæc figura Volutam primam, quæ ſequentium Volutarum fundamentum eſt, complectitur. Volutæ ſunt Ornamenta, lineas aut Baltheos, circa circellum, qui Oculus Volutæ dicitur in gyrum repreſentantes. Ex

fünf ordnungen belanget / inn dieſer figur vorſtellen / hernach die Schnecken inn folgenden vier Figuren.

Wenn derohalben eine gantze Ordnung ſolte aufgeriſſen werden / nehmet aus eurem Maasſtabe die höhe dehr gantzen Ordnung / inn dehn Niedrigen 9072 / aber inn dehn erhabenen 10800 Theile. Dieſe höhe ſetzet aus 1 inn 4 / vnnd nach ſolcher höhe gebraucht dehn Bauſtab / nach ahnweiſung dehr dreyen Hauptregeln einer. / welche nehmlich denſelben fall inn ſich verfaſſet.

Man nehme ferner die gröſſeſte vntere Auslauffung 675 Theilichen: alſo kan man das Vntertheil ausbilden. Nehmet auch die gröſſeſte Oberauslauffung / nehmlich des Krantzes / welche inn dehr Tuſcaniſchen vnd Doriſchen Ordnung 748$\frac{4}{5}$ Theilichen hält / inn dehr Joniſchen 768 Theilichen / vnd inn der Römiſchen vnd Corinthiſchen 876 Theilichen. Dieſem nach wird man durch das Gitter / auch das Obertheil / vnnd alſo die gantze Ordnung abbilden können / wie hierbey zuſehen iſt.

Wenn man aber einen / oder etliche Leyber einer Ordnung abbilden ſohl darf man ſchlechts ahn die Strichlein die man bedarf pünctlein verzeichnen / die andern aber übergehen.

Mercket 1. Wehr da geſonnen iſt die Figuren nachzureiſſen (wie zwar alle ahnfahende billich thuen ſolten) der mus dieſe zue aller letzte laſſen; ahngeſehen das die andern dehr Glieder abmeſſungen nach dehrer höhe vnnd Vorſtechungen / begreiffen: aber dieſe erfodert eine geübte handt / vnd fallen die Glieder kleiner als das man ſie meſſen kan.

Mercket 2. Durch erfahrung befinden wir / daß wir auß dem erſten Maasſtabe dehr Glieder höhen vnd Vorſtechungē / nach dem Maaſſe haben vorſtellen können / ſo oft wir zum wenigſten dehn erſten Maasſtab gebraucht haben / alſo daß wir dehn gantzē Maasſtab haben 5000 Theilichen gelten laſſen / aber ein zehnde theil 100 Theilichen / vnd ein theil welches von dem Zwerchſtriche abgeſchnitten wird / 10 Theilichen gelte. Aus dieſem Maasſtabe habe ich etlichmahl die fünf Säulen auf einem blahte vorgeſtellet: wenn man aber kleinere Maasſtäbe gebraucht / fallen die abmeſſungen endlich meinen augen vnd händen vnmöglich.

Die neunde Figur.

Die erſte Schnecke.

Inn dieſer Figur wird die erſte Schnecke abgebildet / welche dehr anderen Schnecken aller Grund iſt. Es ſein die Schnecken / oder Schnekkenzierden vmbwickelungen / welche mit ihrer linie / oder ihrem gürtel ſich vmb einen kleinen kreis / dehn man das Schnekkenauge nennet / herumbwinden oder drehen: wir haben folgende vier als die leichteſten vnd

Ex hiſce ſequentes ob facilitatem & pulchritudinem elegimus. Talibus Volutis indigemus pro Capitulis, pro Anconibus, & Prothyris; itaque variam magnitudinem in Particulis requirunt; danda eſt omninò altitudo Volutæ, ex hâc ipſa Voluta nullo negotio deſignatur. Hæc verò Voluta in ſequentibus tribus, primo loco ſemper deſignanda eſt. Conſtructio ejuſdem talis erit. Datâ altitudine Volutæ, quam in margine literis A, B notavimus, dividatur hæc altitudo bifariam in C, pars AC beneficio lineæ 1, 2 ſecetur, nempe penes ſingulas inciſuras ſeſquialteras inter 1, 2 interceptas, nec non penes ſequentes, uſque ad ſignum Aſteriſmi, puncta notentur, & per ſingula puncta parallelæ Horizontales agantur, ita diviſio A.E. I.1, *a*, *e*, *i*, * prodibit; ut reliqua centra innoteſcant, circino fiat **d* æqualis **a*, **h* æqualis **e*, & **m* æqualis **i*. Super *ad* fiat Quadratum *abcd*, ſuper *eh* Quadratum *efgh*, & ſuper *im* Quadratum *iklm*. Ex ſingulis Centris Quadrantes requiſiti deſcribantur, ut ex *a* Quadrans AB: ex *b* Quadrans *BC*: ex *c* Quadrans CD, ex *d* Quadrans *DE*: ex *e* Quadrans *EF*: ex *f* Quadrans *FG*, ex *g* Quadrans *GH*: ex *h* Quadrans *HI*: ex *i* Quadrans *IK*: ex *k* Quadrans *KL*: ex *l* Quadrans *LM*, & ex *m* Quadrans qui ſuper Oculo Volutæ finitur. Integer circellus qui Oculus Volutæ dicitur, ex * intervallo *1 deſignetur. Ita Voluta prima perficietur.

X. FIGURA VOLUTA SECUNDA.

In hâc deſignandâ, præcedentis Figuræ conſtructio repetatur; hoc tamen diligenter obſervetur, ut Stylometro debito modo applicata, non ſolùm Virgulæ ſive Inciſuræ ſeſquialteræ, ſed etiam integræ punctis appoſitis notentur. Inciſuræ ſeſquialteræ ipſam principalem Volutam producunt, integræ verò acceſſoriam Volutam. Hâc ratione diviſiones *A*, *N*, *E*, *R*, *I*, *X*, 1, *a*, *n*, *e*, *r*, *i*, *x*, *, proveniunt; per ſingula puncta Parallelæ Horizontales agantur; diſtantiâ *an* Perpendiculari *A** Parallela agatur; ita ſuper *A** puncta *A*, *E*, *I*, 1, *a*, *e*, *i*, * intelliguntur, ſed ſuper altera linea, *N*, *R*, *X*, *n*, *r*, *x*, ⊙ intelliguntur. Utraque Parallela porrò prolonganda eſt, fiatque ⊙1 æqualis ⊙1; ⊙*u* æqualis ⊙*r*; & ⊙*z* æqualis ⊙*x*. ſuper primâ Parallela verò

vnd ſchöneſten ausgeleſen. Wir dürffe derogleichen Schneckten inn dehn Knäuffen/ Seitenrollen vnd Bogenrollen: alſo mus man ſie gar vnterſchiedener gröſſe haben. Man mus gegeben haben die höhe der Schneckke/ daraus kan man ſie folgender geſtalt aufreiſſen. Es wird die erſte auch inn dehn andern dreyen zum erſten nohtwendig aufgeriſſen. Wenn die höhe *AB* am rande/ gegeben iſt/ theilet ſie gleiche inn C, die gefundene höhe zwiſchen *A* vnd C theilet durch hülffe dehr abtheilung 1/2. nemlich ahn die anderthalbige ſtrichlein zwiſchen 1/ vnd 2/ wie auch ahn die folgende biß zum ſternlein/ zeichnet puncte/ vnd führet durch jeden punct einen Wahgſtrich/ ſo kommen *A. E. I.* 1, *a*, *e*, *i*, *. Die andern Mittelpuncte zufinden/ machet mit dem Handpaſſer **d* gleich **a*, **h* gleich **e*, vnd **m* gleich **i*. Auf *ad* beſchreibet dehn Schacht *abcd*, auf *eh* dehn Schacht *efgh*, vnd auf *im* dehn Schacht *iklm*. Beſchreibet jeden Viertelkreis aus ſeinem Mittelpuncte/ als aus *a* dehn Viertelkreis *AB*: aus *b* dehn Viertelkreis *BC*, aus *c* dehn Viertelkreis *CD*, aus *d* dehn Viertelkreiß *DE*: aus *e* dehn Viertelkreis *EF*; aus *f*, FG: aus *g*, GH: aus *h*, *HI*: aus *i*, *IK*: aus *k*, *KL*: aus *l*, *LM*, vnnd aus *m* dehn letzten Viertelkreis welcher über dem Schneckkenauge endiget. Der kleine kreis/ welchen man das Schneckkenauge nennet/ wird aus * beſchrieben mit der weite *1. Alſo wird die erſte Schneckke bereitet.

Die zehnde Figur.

Die andere Schneckke.

Wenn man dieſe aufreiſſet/ mus man zue erſt die erſte Schneckke / wie inn voriger Figur geſchehen/ gantz aufreiſſen: aber nach dehme man dehn Bauſtab recht ahngeleget/ müſſen die anderthalbige vnd gantze ſtrichlein mit pünctlein gezeichnet werden. Durch hülffe dehr anderthalbigen ſtrichlein wird die Hauptſchneckke/ durch hülffe dehr gantzen aber die Beyſchneckke geriſſen: alſo werden die abtheilungen *A*, *N*, *E*, *R*, *I*, *X*, 1, *a*, *n*, *e*, *r*, *i*, *x*, *, gefunden: führet durch alle puncte Wahgrechte Nebenſtriche 1 inn dehr weite *an* führet dehr linie *A** einen Nebenſtrich/ ſo werden auf *A** die puncte *A*, *E*, *I*, 1, *a*, *e*, *i*, * verſtanden/ auf dem andern aber *N*, *R*, *X*, *n*, *r*, *x*, ⊙ Beyde Nebenſtriche müſſen verlängere werden/ vnnd ⊙*q* gleich ⊙*n*: ⊙*s* gleich ⊙*r*; vnnd ⊙*z* gleich ⊙*x* gemachet werden. Auf dem erſt gezogenen Nebenſtriche

machet

rò *d æqualis *a, *h æqualis *e, & *m, æqualis *i. Super *ad* Quadratum *abcd*, ſuper *eh* Quadratum *efgh*, & ſuper *im* Quadratum *iklm* deſignetur; ita ſuper *nq* Quadratum *nopq*, ſuper *ru* Quadratum *rstu*, & ſuper *xz* Quadratum *xyz* fiat. Ita Centra Quadratorum, ut prius, prodibunt. Oculus Volutæ ex centro *, intervallo *1 deſcribitur.

machet *d gleich *a, *h gleich *e. vnd *m gleich *i. Auf *ad* beſchreibet dehn Schacht *abcd*, auf *eh* aber wird *efgh*, vnd auf *im*, *iklm* beſchrieben. Jngleichen auf *nq* der Schacht *nopq*, auf *ru* der Schacht *rstu*, vnd auf *xz* der Schacht *xyz*. Solcher geſtalt kommen die Mittelpuncte dehr Viertelkreiße / auf vorige ahrt / vor dehn tag. Der Kreis des Schneckenauges wird aus * mit der weite *1, beſchrieben.

XI. FIGURA. VOLUTA TERTIA.

Die eilfte Figur.

Die dritte Schnecke.

Uſus Stylometri eſt ut in præcedentibus Volutis, nili quod Punctum 3 hic applicandum ſit ut ante 1, & punctum 4, ut ante 2. Ita penes virgulas & ſeſquialteras, & integras puncta norentur, & Parallelæ horizontales agantur. Prodibunt nempe, punctis ritè notatis, *A, N, E, R, I, 3, a, n, e, r, i, **. Fiat *d, æqualis *a, *q æqualis *n, *h æqualis *e, *u æqualis *r, & *m æqualis *i. Super *ad* Quadratum *abcd*, ſuper *nq*, Quadratum *nopq*, ſuper *eh*, Quadratum *efgh*, ſuper *ru* Quadratum *rstu*, & ſuper *im* Quadratum *iklm* deſignantur. Virgulæ ſeſquialteræ Volutam principalem, integræ acceſſoriam efformant. Reliqua ut in præcedenti Voluta, perficiuntur,

Man brauchet dehn Baubſtab eben wie inn dehn vorigen beyden Schneckken / alleine das 3 wie zuvor 1 / vnnd 4 wie zuvor 2 ahngeleget werden nues. Es werden ſowohl an die anderthalbige / als ahn die gantze ſtrichlein / pünctlein gezeichnet / vnd die wahgerechten Nebenſtriche gezogen / alſo kommen *A, N, E, R, I, 3, a, n, e, r, i, **. Machet *d gleich *a, *q gleich *e, *h gleich *e, *u gleich *r, vnd *m gleich *i. Die anderthalbige ſtrichlein geben die Hauptſchneckke / die gantze die Beyſchneckke. Das übrige wird auf eben dieſelbe ahrt / wie inn dehn vorigen Schneckken ausgearbeitet.

XII. FIGURA. VOLUTA QUARTA.

Die zwölfte Figur.

Die vierde Schneckke.

Hic non ſolùm penes ſeſquialteras, & integras Inciſuras, ſed etiam penes dimidiatas puncta notentur, & primò Voluta tertia integra deſignetur; deinde ex prioribus centris intervallis à dimidiatis Inciſuris provenientibus, Circuli Paralleli deſcribantur, & tota Voluta perficiatur.

Alhier mus man nicht allein an die anderthalbigen vnnd gantzen / ſondern auch ahn die halbe ſtrichlein pünctelein zeichen / auch erſtlich die dritte Schneckke gantz ausreiſſen: hernach ſohl man auß dehn vorigen Mittelpuncten / mit dehn weiten die die halbe ſtrichlein geben / dehn vorhinngefundenen Kreiſſen Nebenkreiſſe beſchreiben / vnnd alſo die gantze Schneckke außreiſſen.

XIII. FIGURA. MENSURÆ ET TERMINI.

Die dreyzehnde Figur.

Die Maaſſe / vnd Künſtwöhrter.

In hâc Figurâ duæ Tabellæ proponuntur; ſuper primâ inſcriptio eſt *Menſuræ particulares*, hoc eſt Menſurę Partium in Ordinibus. In ſupremâ regulâ Tabulæ, Ordinum nomina poſita ſunt, & in ſingulis Ordinibus Menſuræ in Particulis exhibentur. Scripturæ ita interpretandæ ſunt.

Altitudo Baſeos Stylobatæ.
Crepido Baſeos Stylobatæ.
Altitudo Coronidis.
Crepido Coronidis.

Jnn dieſer Figur werden zwey Tafeln vorgeſtellet / über dehr erſten iſt der Tittel geſtellet. Menſuræ particulares, das iſt Beſondere Abmeſſungen / verſtehet dehr Stücke dehr Ordnungen. zue Oberſt ſein die nahmen dehr fünf Ordnungen / vnd vnter dehn ſelben die maaſſe inn Theilichen; Die Schrift wird alſo verdeutſcht.

Die höhe des Fuſſes des Säulenſtuhls.
Die Ahnwachſung des Fuſſes des Säulenſtuhls.
Die höhe des Deckels.
Die Ahnwachſung des Deckels.

Altitudo Baſeos Columnæ.
Crepido Baſeos Columnæ.
Altitudo Capituli.
Ecphora Capituli.
Altitudo Epiſtylii.
Ecphora Epiſtylii.
Altitudo Coronicis.
Ecphora Coronicis.
Altitudo Superliminarii.
Crepido Supercilii.
Crepido Coronicis.
Altitudo Incumbæ.
Crepido Incumbæ.
Altitudo Columellæ.
Ecphora Columellæ.
Ecphora Scapi pro Striis.

Die höhe des Säulenfuſſes.
Die Ahnwachſung des Säulenfuſſes.
Die höhe des Knauffes.
Die Auslauffung des Knauffes.
Die höhe des Unterbalckens.
Die Auslauffung des Unterbalckens.
Die höhe des Krantzes.
Die Auslauffung des Krantzes.
Die höhe des Geſimſſes.
Die Ahnwachſung dehr Oberſchwelle.
Die Ahnwachſung des Krantzes.
Die höhe des Kämpffers.
Die Ahnwachſung des Kämpffers.
Die höhe des Geländerſäulichens.
Die Außlauffung des Geländer ſäulichens.
Die Außlauffung des Stammes zue dehn Außhöhlungen.

Altera Tabula inſcriptionem portat *Tabula Radiorum.* in hâc Semidiametri Membrorum curvilineorum exhibentur. In ſuprema Regula ſequitur. *Membra.* deinde *Apophygis ſuperior humilium Columnarum. Cymatium Doricum & Apophyges. Cymatium Lesbium. Echinus. Sima.* & *Gula.* Horum quinque Membrorum exhibetur *altitudo* in prima regula, *Projectio* in ſecundâ, & *Radius* in tertiâ.

Ultimò Catalogus Sequitur Terminorum, cui ſuperpoſita eſt inſcriptio TERMINI. Hoc eſt Vocabula technica, ſeu artificialia; ipſe Catalogus ita ſe habet.

Die andere Taffel hat dehn Tittel / Taffel dehr Halbmeſſer, vnnd werden darinne die Halbmeſſer dehr Krummliniſchen Glieder abngewieſen. Inn dehr Tittelzeile ſtehet Membra, das iſt die Glieder. hernach folget. Dehr Ablauf dehr niedrigen Ordnungen / der Holleiſten vnd Ahnläuffe / wie auch die übrigen Abläuffe. Der Kehlleiſten. Die Wulſt. Der Rinneleyſten. vnd dehr Glockenleiſten. Dieſe fünfferley Glieder werden inn zahlen vorgeſtellet / erſtlich ihre höhen / dann die Vorſtechungen / vnd endlich ihre Halbmeſſer.

Zueletzt folget ein Regiſter dehr Kunſtwöhrter / vnd ſtehet dorüber das wohrd Termini das iſt Kunſtwöhrter / nehmlich die nahmen welche inn der Baukunſt am meyſten vorkommen. Das Regiſter lautet alſo.

TERMINI.

a, Quadra.
b, Torus.
c, Regula.
d, Aſtragalus.
e, Sima.
f, Cymatium Doricum.
g, Cymatium Lesbium.
h, Trochilus.
i, Apophygis inferior.
k, Truncus.
l, Lyſis.
m, Corona.
n, Apophygis ſuperior.
o, Faſcia.
p, Supercilium.
q, Scamillus.
r, Plinthus.
ſ, Limbus.
t, Scapus teres ſeu perpendicularis.
u, Scapus contractus.
x, Cincta.
y, An-

KVNSTWOHRTER.

a, Der Grundſtein.
b, Der Pfühl.
c, Der Riem / oder das Riemlein.
d, Der Reiffe / oder das Reiflein.
e, Der Rinneleiſten / vmbgekehrt die Sturtzrinne.
f, Der Holleyſten.
g, Der Kehlleyſten.
h, Die Einziehung.
i, Der Ahnlauf.
k, Der Würffel.
l, Der Kropffleyſten.
m, Der Krantzleyſten.
n, Der Ablauf.
o, Der Streiffen.
p, Dehr Vberſchlag.
q, Der Unterſatz oder Eckſtein.
r, Die Taffel.
ſ, Der Saum.
t, Der Gleichdickte Stamm.
u, Der verdünte Stamm.
x, Der Oberſaum.
y, Der

y, *Annulus.*
z, *Hypotrachelium.*
aa, *Echinus.*
bb Planum Abaci.
cc, *Volutæ.*
dd, *Vas.*
ee, *Folia minora.*
ff, *Folia majora.*
gg, *Folia ſumma.*
hh, *Cauliculus.*
ii, *Encarpus.*
kk, *Flos.*
ll, *Cornu Abaci.*
mm, *Tænia.*
nn, *Antepagmentum.*
oo, *Metopæ.*
pp, *Triglyphus.*
qq, *Guttæ.*
rr, *Mutulus.*
ſſ, *Zophorus purus.*
tt, *Scotia.*
uu, *Gula.*
xx, *Striæ.*
yy, *Strix.*
zz. *Venter Columellæ.*

Hi Termini neceſſario Tyronibus primò ediſcendi ſunt, ne in appellationibus hæſitent. In ſequentibus Figuris, in proximâ effigurationes Membrorum curvilineorum, dein Ordines cum omnibus Membris proponemus. Membris ſuis, in Ordinibus literæ adſcriptæ ſunt hujuſce Catalogi, ut ſtatim ex inquiſitione literæ appellatio conſtet. Ita cuicunque Membro *m* inſcriptum eſt, ex Catalogo præcedente nomen Coronæ imponatur; deſimilibus idem judicium eſto.

Nota. Si literæ aſteriſmus talis [*] appoſitus eſt, inverſum Membrum appellandum eſt; ita *e** Simam inverſam; *f** Cymatium Doricum inverſum, *g** Cymatium Lesbium inverſum, denotat.

XIV. FIGURA. MEMBRORUM FORMÆ.

Membra alia ſunt Curvilinea, alia Rectilinea. Membra Curvilinea ſunt, quorum extremitates Circino deſignantur; Membra Rectilinea ſunt, quorum extremitates beneficio Regulæ & Normæ terminantur. Omnia Membra Projectiones determinatas habent. Ita in Curvilineis, in Apophygi ſuperiori Scapi humilium Ordinum, Projectio eſt ex do-

y, Der Ringen.
z, Der Halß.
aa, Die Wulſt.
bb, Die ebene Platte.
cc, Die Schneckle.
dd, Der Keſſel.
ee, Die kleineren Blätter.
ff, Die gröſſeren Blätter.
gg, Die oberſten Blätter.
hh, Das ſtänghel.
ii, Das Gehencke/ oder die Fruchtſchuhr.
kk, Die Bluhme oder Lilje.
ll, Das Horn dehr Platte.
mm, Das Band.
nn, Der Abſchniet.
oo, Die Zwiſchentieffe.
pp, Der Dreyſchlitz.
qq, Die Zapffen oder ſpeyle.
rr, Der Sparrenkopf.
ſſ, Der glatte Borten.
tt, Die Regenkrinne.
uu, Der Glockenleiſten.
xx, Die Aushöhlung.
yy, Der Zwiſchenſtab.
zz, Der Bauch des Geländerſäulichens.

Dieſe Kunſtwöhrter mus ein Ahnfahender Ihme nothwendig bekand machen / damit er nicht erſt am Nahmen zweyfele. Inn dehr nechſtfolgenden Figur / werden die abzirckelungen dehr Krummliniſchen Glieder abgewieſen: inn dehn hernach folgenden Figuren werden die Ordnungen beſonders ſtückweiſe folgen. Inn dehnſelben ſein die Buchſtaben auf die Glieder beygeſetzet/vnd ſuchet man dehn Nahmen inn obigem Regiſter auf. Alſo wenn auf einem Gliede ein m ſtehet / ſo heiſſet es der Krantzleyſten/ vnd alſo iſts inn andern fällen auch zuverſtehen.

Mercket. Wenn bey einem Buchſtaben noch ein ſternlein [*] beyſtehet / ſo mus man das wohrt verkehret zum nahmen des Gliedes beyſetzen / als e* heiſſet ein verkehrter Rinneleyſten oder eine Sturtzrinne / f* ein verkehrter Holleyſten / vnd g* ein verkehrter Kehlleyſten.

Die vierzehnde Figur.

Die formen dehr Glieder.

Die Glieder werden in Krummliniſche vnnd Rechtliniſche abgetheilet: die Krummliniſche ſein dehrer euſere ende mit dem Paſſer geriſſen werden: die Rechtliniſche welche mit dem Richtſcheite vnd Winckelmaaſſe abgezeichnet werden. Alle Glieder haben ihre gewiſſe Vorſtechungen. Alſo vnter dehn Krummliniſchen / inn dem Ablauffe dehr Stämme dehr niedrigen Ordnungen iſt die vor-

dodrante ſive tribus quartis Altitudinis; aliàs in omni Apophygi tàm ſuperiori, quam inferiori, ex ſemiſſe altitudinis. Item omnia Cymatia, tàm Dorica, quam Lesbia, Projectionem hic habent ex ſemiſſe altitudinis; Echinus, item Lyſis, Projectionem habet ex beſſe, ſive duabus tertiis altitudinis; Sima, ex totâ altitudine; Gula ex quatuor quintis altitudinis; Membra, quæ ſpiras ſive funes referunt, omnia nobis ex ſemicirculo formantur; ita ut Projectio ſit Semidiametro ſeu Radio æqualis; talia Membra ſunt Tori, Annuli, & Aſtragali: Trochilus interdum ex Semicirculo fit, interdum ex duobus Quadrantibus imparibus, componitur. Membra Rectilinea, ut Tænia, Projectionem habet ex tribus quintis altitudinis, ſi verò Regulam ſubjectam habet ſequente ſubtus alios Membro Rectilineo, in Faſciam degenerat, & Projectionem ex altitudine Regulæ nanciſcitur. Faſcia Projectionem ex decimâ vel duodecimâ parte altitudinis habet. Regula, ſubſequente parte quadrantis alicujus ſuperioris Projectionem propriam non habet, aliàs verò Projectionem altitudini æqualem poſſidet. Has Projectiones ex accuratiſſimis & elaboratiſſimis antiquitatibus, nec non ex Palladii ac Scamozzii accuratiſſimis deſignationibus, hauſimus. Ac licet ſint qui ringantur ac ſuggillent elaboratas haſce formas, ramen ipſi irridendi ſint qui frumentis inventis, glandibus ſaginantur.

In hâc decimâ quartâ figurâ, Membra Curvilinea difficiliora circino deſignantur; in omnibus altitudo AB data præſupponitur, & Projectio AC ex modò indicatis menſuris deſumta eſſe intelligitur: his datis ſequentes operationes adhibeantur.

CYMATIUM DORICUM.

Datâ altitudine AB, & Projectione AC, quæ utraque in ſequentibus figuris beneficio Stylometri in Craticula ſemper exhibentur; ſuper Proportionatorio altitudo AB inter 40 transverſum adaptetur, & Radius inter 50 tranſverſim excerpatur, is ex A in D. ponatur, atque ex D hâc diſtantiâ arcus Cymatium Doricum abſcindens, deſcribatur.

CYMATIUM LESBIUM.

Datis ut antea, altitudine AB, & Projectione AC, Altitudo AB inter 80 tranſverſim

ſtechung drey viertheil dehr höhe: ſonſten inn allen Abläuffen vnd Ahnläuffen / desgleichen inn allen ablauffenden Leyſten / ſowohl Holleyſten als Kehlleyſten / iſt die Vorſtechung gleich dehr halben höhe: die Wulſt / deſgleichen der Kropfleyſten / hat die Vorſtechung zwey dritterheile ihrer höhe: der Runneleyſten hat die gantze höhe zur vorſtechung. Der Glockenleyſten aus vier fünfterheilen dehr höhe. Die Glieder welche ſtricken oder ſeylen ähnlichen / werden alhier alle nach einem Halbkreiſſe abgeſchnitten / alſo das der Durchmeſſer ihre höhe ſey: aber die Vorſtechung iſt gleich dem Halbmeſſer: dergleichen Glieder ſein die Pfühle / Rincken / vnnd Reyflein. Die Einziehung iſt bißweilen ein Halbkreis / bißweilen beſtehet ſie aus zweyen Viertelkreyſſen welche vnterſchiedene gröſſe haben. Die Rechtliniſche Glieder / als erſtlich das Band / hat die Vorſtechung drey fünftetheil der höhe: wenn es aber ein Riemlein vnterzogen hat / vnd vnter dem Riemlein ein Rechtliniſches Glied folget / ſo wird es gleichſam zue einem Streiffen / vnd hat nicht mehr vorſtechung als ein Riemlein höhe hat. Ein Streiffen hat ſonſten die Vorſtechung aus dem zehnden oder zwölften theile dehr höhe. Das Riemlein / wenn darunter ein obertheil des Kreiſſes folget / hat keine eigene Vorſtechung / ſonſten aber hat es eine Vorſtechung gleich dehr höhe. Dieſe verhältnüſſe dehr Vorſtechungen haben wir ans dehn beſten alten vberbleybungen / auch auß Palladio vnd Scamozzi erwogen / vnd auserleſen. Vnd wiewohl etliche dieſes vor zue genaugeſucht ausſchreyen vnd neyden / ſo fraget man billich nach ihrem vnverſtande nichts / die diſteln ſein des Eſels ſalath.

Inn dieſer vierzehnden Figur / werden die ſchwehreſten krummliniſche Glieder mit dem Paſſer abngewieſen: inn allen wird die höhe AB bekant gegeben / vnd die Vorſtechung wird nach kurtz geſagter Regel daraus auch bekant: wenn dieſe beyde ſtücke klahr ſein / ſo verfahret ferner alſo.

DER HOLLEYSTEN.

Wenn die höhe AB, vnd die Vorſtechung AC, bekant ſein / welche inn dehn folgenden figuren beyde durch mittel des Banſtabes / im Giter gefunden werden: ſo ſetzet die höhe im Ebenpaſſer zwiſchen 40 über zwerch / alsbald wird zwiſchen funfzig überzwerch der Halbmeſſer ſich offenbahren: dehnſelben ſetzet aus A inn D, vnd beſchreibet aus D mit ſolcher weite dehn bogen welcher dehn Holleiſten endiget.

DER KEHLLEYSTEN.

Weñ widerumb die höhe AB, vnd die Vorſtechung AC gegeben ſein / ſo nehmet die gegebene höhe / vnd ſetzet

sim adaptetur, ita inter 50 transversim Radius prodibit; ducatur AD, & invento Radio, ex E superior, & ex F inferior Arcus ducantur, uterque Arcus super mediâ AD ductâ in unum punctum coincidat necesse est.

ECHINUS.

Cognitis, ut antea, altitudine AB, & Projectione AC, ponatur altitudo AB inter 60 transversim, ita invariato Proportionatorio, Radius inter 65 transversim habebitur, hic Radius ex D in E ponatur, & arcus AD describatur.

Nota. Echinum Lysis imitatur, nisi quod semicirculus Scotiam efformans adjiciatur.

SIMA.

Altitudo AB, & Projectio AC dantur, ducatur AD; dein altitudo AB inter 100 transversim ponatur, ita inter 50 transversim Radius innotescit; intervallo Radii inventi ex E Quadrans DG, & ex F Quadrans AG describatur; Quadrantes sese super mediâ AD excipient.

GULA.

Altitudine AB, & Projectione AC, datis, ducatur AD; ipsa altitudo AB bifariam secetur (quod etiam beneficio Proportionatorii fieri potest) ita hic AB bisecta est, per Parallelam Horizontalem FG: imò verò altitudo AB statim inter 80 transversim adaptetur; manente divaricatione Proportionatorii; Radius inter 41 transversim intercipitur; hic Radius ex E in F, & in G signetur; ex Centro F Arcus AE, & ex G Arcus ED signentur, uterque ex E educitur.

Nota. Quod hic Proportionatorio utar, compendii gratia fit; nec aliâ lineâ, quam Arithmeticâ, indigemus, & Proportionatorium in quo hæc linea exhibetur, modò 100 partes illud contineat sufficit: Qui Instrumento Proportionatorii destituitur, is Schemata ex numeris præscriptis facta adhibeat.

ORDO TUSCANICUS.

XV. FIGURA.

STYLOBATA TUSCANICUS.

Stylobatæ mediam partem, omisso medio, designamus; nempe eam Orthographiæ partem, quæ intuenti ad dextram est, omissâ parte

setzet sie zwischen 80 überzwerch / als denn wird zwischen 50 / auch überzwerch / der Halbmesser befindlich sein / mit dessen weite beschreibet aus E dehn obern / vnd aus F dehn vntern bogen: dieselbe müssen mitten auf AD zuesammentreffen.

DIE WLST.

Nach dehme / wie inn vorigen / die höhe AB, vnd die Vorstechung AC bekant sein: setzet die höhe AB zwischen 60 überzwerch / als denn wird inn vnveränderter auffsperrung des Ebenpassers der Halbmesser zwischen 65 auch überzwerch befindlich; eint solchen Halbmesser setzet aus D inn E, vnd beschreibt dehn Bogen AD.

Mercket. Der Kropfleysten hat vnten die Wulst / vnd einen obern Halbkreiß dahran zur Regenrinne.

DER RINNELEYSTEN.

Die höhe AB, vnd die Vorstechung AC, sein bekant: setzet die höhe AB, auf dem Ebenpasser zwischen 100 überzwerch / so komt zwischen 50 / auch überzwerch / der Halbmesser. Mit dessen weite beschreibt aus E dehn Viertelkreiß DG, vnnd aus F den Viertelkreiß AG, so werden beyde Viertelkreisse mitten auf dehr AD zuesammentreffen.

DER GLOCKENLEYSTEN.

Nach dehme so wohl die höhe AB, als die Vorstechung AC bekant sein / ziehet AD; theilet die höhe AB inn zwey gleiche theile durch dehn Wahgstrich FG: nehmet die weite AB, vnnd setzet sie auf dehn Ebenpasser zwischen 80 überzwerch / so wird zwischen 41 / überzwerch / der Halbmesser begriffen / dieser Halbmesser sohl aus E gegen F, vnd gegen G aufgetragen werden; aus dem Mittelpuncte F wird der Bogen AE, vnnd aus G der Bogen ED beschrieben / beyde nemen inn E ihren ahnfang.

Mercket. Das ich hier dehn Ebenpasser neben bey gebrauche / geschiehet das mans also geschwinder verfertiget / vnnd dürffen wir alleine die Arithmetische linien / vnnd nur inn 100 theile getheilet; Wehr aber keinen Ebenpasser hat / derselbe kan ihme risse aus dehn zahlen dehr Tafel machen / vnd daraus die Halbmesser finden.

DIE TVSCANISCHE ORDNVNG.

Die funfzehnde Figur.

Der Tuscanische Säulenfuhß.

Wir haben alleine die helffte / welche dem ahnsehenden ahn die rechte hand komt / auch mitten im Würffel etwas auffengelassen / abgebildet: dergleichen figur ist einem ahnfahenden genungsam;

parte Trunci, effiguravimus. Talis autem figura Tyroni sufficit, sinistra enim respondent dextris, & in Trunco pars omissa lineâ nullo negotio suppletur. Tota altitudo Stylobatæ, annumerato etiam Scamillo (hic omisso) est 2160 Particularum, nempe sex Modulorum; sed omisso Scamillo sola Stylobatæ altitudo est quinque Modulorum adeoque 1800 Particularum. Ab hâc ultimâ altitudine, ex Scala electâ altitudo Baseos Stylobatæ 1, 2, sesqui Moduli, hoc est 540 Particularum abscinditur: superiori parte, altitudo Coronidis 5, 6, quæ est 270 Particularum abscindi debet, nempe ex tribus quartis Moduli, quæ altitudo exactè semissis est altitudinis Baseos Stylobatæ. Ecphoræ sunt, Ecphora Trunci, & Scamilli, 495 Particularum, nempe unius Moduli, & trium octavarum partium ejusdem Moduli. Apponatur Crepido Baseos Stylobatæ 3, 4, hic 144 Particularum. Et Crepido Coronidis 7, 8, 180 Particularum, nempe ex Semimodulo. Applicetur Stylometer ut numeri figuræ ostendunt, & Craticula efformetur ut lineæ punctatæ ostendunt. Craticulâ finitâ Membra curvilinea efformentur.

XVI. FIGURA.
BASIS TUSCANICA.

In Basi tàm Ichnographia quàm Orthographia conficienda est. In utrâque Altitudo Baseos, 9, 10, & Ecphora Scapi est ex Modulo uno, 360 Particularum. Crepido Baseos, 11, 12, est ex Triente Moduli, 120 Particularum. Reliqua per Stylometrum inveniendâ Craticula expediuntur.

